
JOHANNIS LOCKII ARMIGERI

LIBRI IV. DE INTELLECTU HUMANO

Denuo ex noviſſima editione idiomatis Anglicani, longe accuratiori in puriorem ſtylum tranſlati: notis criticis Domini Gottelff Henrici Thiele, Domini Coste, ac Francisci Soave illuſtrati; accedunt nonnullæ meditationes Doct. Johannis Leonardi Marugj ad textum illuſtrationeſque accommodatæ.


TOMUS II.

Apponitur Elenchus Capitum.





NEAPOLI
Ex officina Vincentii Manfredii
SUPERIORUM FACULTATE.
MDCCLXXXIX.







TENTAMEN PHILOSOPHICUM DE INTELLECTU HUMANO.


SEQUELA LIB. II.

CAP. IX.

De perceptione.

§. I.

Perceptio prima est ac simplex reflexionis idea.



Erceptio prima est mentis facultas, quæ circa nostras versatur ideas. Hæc est prima, ac simplicissima *idea*, quæ per *reflexionem* oritur, & a quibusdam *cogitatio* in genere appellatur (1). Cum cogitatio denotet sæpe circa suas ideas animi operationem, in qua mens actuosa est, & rem quampiam, quodam voluntariæ attentionis gradu, considerat, satius videtur, hic *perceptionis* vocabulo uti, quod melius hujus facultatis in-

(1) *Cogitatio* a nonnullis definitur, „ per repræsentationem perceptionis, cujus anima est conscia „. Lockius hic distinguere videtur perceptionem *reflexionis* a simplici perceptione. In hac animus habetur tanquam passivus, de quo inferius disceptabimus,

indolem explicet, & nobis rectius quo eam comprehendi posse suppeditet. In eo quod simpliciter *perceptio* dicitur, animus ut plurimum pure passivus est, non potest enim non percipere quod actu realiter ille percipit (2).

§. II.

mus; in illa tanquam activus; quatenus anima sibi conscia est suæ operationis circa perceptionem, & illam adnotet, actuosa est, & hæc animæ actio, dicitur cogitare, ut mens est nostri Auctoris. Si mea non vacillat mens, hæc fuit Leibnitii opinio; vocabulum apperceptionis fuit ab illo excogitatum, per illud intelligebat actum mentis, quo perceptiones nostras percipimus. Hinc erat, quod autumabat Leibnitius, ad omnem cogitationem necessario requiri perceptionem cum apperceptione conjunctam. Usus loquendi optime convenit cum allata opinione: dicitur ut plurimum cogitare, quando indicare volumus, nos nostrarum perceptionum nobis esse conscios. At sicuti enunciavimus, non dari perceptionem, de qua non essemus *nobis* conscii, sic non video necessitatem hujus differentiæ. Helvetius inquit „ Que signifie en effet le mot *penser*? Ou ce mot est vuide de sens; ou, comme se *mouvoir*, il exprime simplement une maniere d' être de l' homme; (*de l' Hom. sect.* 11. *chapit. V.*). Ego verum censeo, quod dici debet *cogitatio* „ ille actus mentis „ in percipiendo notas objectorum menti præsentium „ & autumo, Debere eam considerari tanquam actum mentis in genere, ubi reflexio, attentio, contemplatio &c. non sint quam modi ipsius actus.

(2) Certum est, quod quidquid animus actu percipit, necessario percipit; frustranea esset ergo hæc Lockii distinctio, si aliquid aliud hic non intelligeretur. Esset enim idem ac dicere, si actualiter video, nequeo non videre. *Thiele* sic vertit, *quidquid percipit, necessario percipit*, & Dominus Coste hoc modo „ Car dans „ ce qu' on nomme simplement *Perception*, l' esprit est, pur l'or- „ dinaire, purement pasif, ne pouvant éviter d' appercevoir „ ce qu' il appercoit actuellement „. Ecquis esset quod negaret actualitatem esse necessariam, quando accedit supplementum possibilitatis? Si percipio, haud evenire potest, quod non percipiam. Alioquin esset dicendum, me unico actu percipere, & non percipere, quod jure merito debemus inter absurda recensere. Quid ergo intelligit hic Auctor? Fortasse illud, quod quando objecta in organo impressiones efficiunt, nequit anima

ea

§. II.

Perceptio est, quando impressio agit in spiritu.

UNusquisque melius intelligere potest, quid sit *perceptio* observando quod efficit in se ipso, quando videt, intelligit, sentit, vel cogitat, quam ex eo quod hac de re ego dicere possim. Quicunque animadvertit ea, quæ sibi intus in animo fiunt, nequit, de hoc se ipsum non instrui, &, si nullam in seipso reflexionem gerit, omnes quotvis sermones ideam aliquam non possent ei suppeditare.

§. III. Quod pro certo tenetur, illud est, quod quælibet alterationes, vel impressiones, quæ in corpore nostro vel in partibus externis fierent, nullam perceptionem excitent, nisi spiritus actualiter tangant, & ad animam intus perveniant. Ignis *ex. gr.* potest nostrum urere corpus non alio cum effectu, quam ligni fasciculum comburat: si mutatio in corpore nostro ex igne producta ad cerebrum usque non continuetur, sensationem *caloris*, vel *doloris* ideam non excitet in spiritu nostro, in quo actualis perceptio consistit.

§. IV. Potuit unusquisque in se ipso observare, quod dum suus spiritus est fortiter defixus in quorundam objectorum contemplatione, & ad ideas, quas in seipso excitant reflectendo, nullo modo advertit impressionem, quam in auris organo quædam corpora efficiunt, etsi easdem excitent mutationes, quæ fiunt ad *ideam* soni excitandam. Impulsus tum in organo factus nimis

 mis

ea non percipere? At si hoc, cur ait modo, urere posse corpus absque animæ cognitione? Si haud animi fallor pro eo hic intelliget, quod impressiones in anima factæ constituant percepiones, quatenus animus non possit tum non mutari & statum suum percipere. At ex hoc sequeretur, animam habere partes, quod quantum falsum sit, infra enodabimus.

mis gravis esse possit, & cum anima nullam mutationem intelligat, nulla perceptio sequi debet: quanquam motus, qui soni ideam, utplurimum, producit, actu pulset aurem, veruntamen nullum sonum audit (3). In hoc casu sensationis defectio non ex aliquo organi defectu, vel ex minori aurium affectione, quam illo tempore, in quo ad illum attendit, oritur, sed ex eo quia illa mutatio, quæ hanc ideam solet producere, etiamsi per consuetum organum deferatur, non advertitur ab intellectu, & nullam in animo ideam excitet, nulla sensatio gignitur. *Ubicunque* igitur *sensus est aut perceptio, ibi idea aliqua actu producitur*, *& intellectui adest* (4).

§. V

(3) Hic ab Auctore expeterem libenter, cur sonum non necessario sentit, si animus pure passivus esset? Mutatio adest in organo, ut ipse ait; media, quibus possit impressio ad cerebrum usque pervenire, minime deficiunt. Qua ratione itaque non percipitur? profecto est dicendum, quod animus in percipiendo actuosus sit, & propter vim ab eo alibi reversam nihil percipiat (*V.* (*αα*) *tom.* 1.)

(4) En quæstio, quam superius indigitavimus (115. *tom.* 1.). Animus in simplici, vel ut ait Lockius, in nuda perceptione estne pure passivus? Hæ perceptiones sunt ne passiones animi, & quidquid percipit animus, necessario percipit? Hac de re sic habeo. Platonici, Peripatetici, Stoici, Epicurei ipsi in hoc uno conveniebant, putabant scilicet, intellectum humanum potentiam pure *passivam* esse, & perceptiones *passiones*. Non horrent Scholastici eam sectari opinionem: apud eos intellectus est potentia passiva: perceptiones, cogitationes, intellectiones sunt passiones. Cartesius Cartesianique omnes hanc confirmavere doctrinam; quod sejungebant cogitationes ab anima; juxta eorum mentem, nihil erat aliud, quam id quod percipimus inter impressas ceræ effigies & ceram ipsam distinguere. Malebranchius in dubium non revocavit. quod perceptiones variæ sint animæ modificationes, non a se se sed in se factæ. Ego, si verum fateri debeam, hoc dicere, arbitror, idem esse, quam machinas ex hominibus efformare. Esto. Si perceptiones sunt passiones, quæ non ab anima producuntur, ut nec producuntur apperceptiones nam non differunt juxta Leibnitium a perceptionibus nisi actu diverso, ergo tollitur cum hoc prin-

§. V.

Etiamsi pueri habent ideas in utero matris suæ, non sequitur ideo, eas esse innatas.

HInc est, quod ego nullo modo dubito, quin infantes ante sui ortum per impressionem, quam in sensus efficere possunt quædam objecta, adhuc in utero matris, recipiant arctiorem idearum numerum, ut necessarii effectus eorum corporum, quibus circumdantur, vel egestatum, quibus premuntur, vel morborum denique, quibus affecti videntur (5). Ego ad has ideas refero (si conjecturam facere liceat de eis, circa quæ nullum potest fieri examen) famis (6), ac caloris ideas; sunt enim, ut videntur, hæ primæ, quas pueri habent, & vix in posterum amittendæ (7).

§. VI. Etsi consectaneum rationi sit, quod pueruli antequam in lucem edantur, quasdam ideas recipiant, attamen hæ simplices ideæ a congenitorum principiorum numero, pro quo dimicant nonnulli, & nos refutavimus, permagne discrepant. Ideæ enim, de quibus hic loquimur, cum sint sensationis effectus, ne-

 que-

principium activum quod tanquam intrinsecum haberi debet, per consequens homini præter quoddam peculiare mechanismum, non remanet, quando nolumus asserere, Animam mundanam esse principium activum hominibus, ut docebat Spinoza. Sunt ergo actiones, & contra Lockium hic concludimus, animum in nuda perceptione activum esse; modum, quo id possit fieri, nostro systemate, *spiritu nos gaudere*, impugnante, videbimus infra.

(5) Itaque non est rationi consectaneum dicere, inter fœtum & vegetabile parum esse discrimen, ut contra Lockium adnotavimus. (*V.* 112. *tom.* 1.)

(6) Famem puerulos sentire in utero Matris suæ, negant nonnulli: tum sanguine matris nutriri, non per cibum in stomacho intrusum, ajunt.

(7) (*V. adn.* 112.)

queunt oriri, quam ex impressione in puerili corpore facta, adhuc in utero matris constituti; quapropter pendent eædem ex re quadam animo extrinseca, adeo ut non differant a ceteris ideis, quas per sensus nanciscimur, nisi ratione temporis, in quo efformantur. Ex hoc fit, quod dici nequeunt congenita principia, quæ supponunt naturam longe diversam, quoniam non propter quamdam mutationem, vel operationem in corpore factam, mentem subeunt, sed ex eo quia habentur tanquam characteres originales animæ a sui initio impressi, atque a natura signati.

§. VII.

Evidenter constare nequit, quæ sint primæ ideæ ab animo acquisitæ.

QUemadmodum est quidam idearum numerus, quas suspicari possumus, in puerorum animos, adhuc in utero matris extantium, intromitti, quod intendi volo de illis, quæ propriæ vitæ conservationi inserviunt, nec non indigentiis, in quibus tum reperiuntur (8): sic ideæ sensibilium qualitatum, quæ se primæ eis, post suos ortus, tradunt, sunt ante alias illæ, quæ in spiritu imprimuntur, quarum minoris momenti vel efficaciæ lux haud haberi debet. Conjectare licet, quo modo, ac desiderio anima cupiat, se replere ideis, quarum impressiones nullum dolorem gignant, ab iis, quæ in recens natis observamus, qui in quocunque modo locentur, semper oculos lumen versus convertunt. Sed ex eo quia ideæ primæ, quæ infantibus familiares evadunt, differunt inter se pro circumstantiarum varietate, in quibus reperiuntur, & modo quo post ingressum in hunc mundum

(8) (*V. adn.* III.)

dum tractantur; ordo, quo ideæ complures incipiunt mentem subire, valde diversus, ac incertus est. At hoc scire, non permagne refert (*).

§. VIII.

Ideæ sensationis sæpe per judicium immutantur.

CIrca perceptionem ulterius animadvertendum est, *ideas* istas, *quas per sensationem recipimus*, *sæpenumero* in adultis, nobis haudquaquam illud animadvertentibus, *per mentem & rationem alterari* (9). Quando nobis ante oculos obversatur globus, coloris cujusdam uniformis, *v. gr.* auri, alabastri, aut corporis alicujus nigri, certissimum est, *ideam* ab eo in animum impressam esse circuli plani varie obumbrati, unde lucis & fulgoris gradus varii ad oculos nostros per-

---

(*) Hactenus juxta gallicam versionem, Illam enim a Thiele elucubratam valde obscuram, atque infidelem reputavi; nunc ad eam regredimur.

(9) Ope attentionis nobis ex obscuris claræ, & ex claris distinctæ fiunt ideæ. En ratio, qua provectis permagne alterantur. Omnia quæ per sensus habemus, confuse habemus; quidquid ita percipitur, utpote individuum est omnimode determinatum; mens nostra primo intuitu, ejus qualitates sibi repræsentare nequit, per consequens confusio oritur, ex qua sequitur fallacia in comparando; anima si quasdam qualitates, qualitatibus alterius corporis similes esse, dijudicat, quæ non similes sunt, pro uno alterum tenet. Hinc est, quod tractu temporis ejusmodi videt, nec anima ad examen ea subjiciet. addatur quod media quibus nonnulla percipimus, infidelia sunt, & per consequens alterant objecta; si postea mens omnia perpendit, & habitu, tempore, ac exercitio acquisito, recte comparat, jungit, secernit, perspicit tum errores corrigit. quantum ipsius naturæ convenit. Quod Pyrrhonicis præbuit ansam fuit porro fallacia, cui sensus sunt expositi. Requiritur ergo reflexio, ut recta de quodam habeatur idea, hæc ætate, & exercitio augetur, per consequens ætate & exercitio clarescunt ideæ, & quasi alterantur, etsi, ut Lockius ait, mutari queant propter fallacias, quibus sumus obnoxii.

permeant. Cum vero nos ex usu quotidiano percipere consueverimus, quas species corpora convexa nobis exhibere soleant; quænam alterationes in lucis reflexionibus ex corporum aut figurarum sensibilium varietate oriantur: extemplo mentis acumen, per consuetudinem habitualem phænomena ista in causas suas resolvit: adeo ut sex eo, quod revera varietas est umbræ aut coloris, figuram colligens, efficiat, quo pro figuræ nota habeatur, & sibi notionem formet figuræ convexæ, aut coloris uniformis; cum *idea*, quam recipimus inde, nihil aliud sit præter planum varie coloratum, quemadmodum in pingendo compertissimum est. Quod ad argumentum hoc spectat, problema hic inferam, cujus vir eruditus & omni observantia dignus dominus *Molineus*, qui inprimis scientiæ realis studiosus est & fautor, lapsis jam mensibus aliquot, me per epistolam participem fecit; ita nimirum se habet: *Supponamus virum a nativitate cæcum jamque ætatis provectioris, edoctum esse per tactum inter cubum & sphæram ejusdem metalli & magnitudinis etiam prope ejusdem distinguere, adeo ut unum & alterum contrectans, quis sit cubus, quæ sphæra indigitare possit. Supponamus deinceps, cubum & sphæram super mensam imposita esse, & cæcum visum recuperare. Quæro jam, utrum oculorum adminiculo, priusquam illa denuo contrectaret, quis sit cubus, quænam sphæra dijudicare posset?* Ad illud respondet hujus quæstionis auctor acutissimus: *nequaquam. Etiamsi enim ex experientia didicerit, quomodo globus, quomodo cubus tactum afficiat; nondum tamen cum experientia docuit, id quod tactum ipsius hoc vel illo modo afficit, visum necessario ita afficere; aut angulum prominentem in cubo, a quo manus inæqualiter premebatur, idem oculo compariturum, quod in cubo est.* In responsione ad problema illud idem ego sentio cum generoso viro hoc acutissimo, quem, etiamsi haud mihi adeo esse beato licuerit, ut illius

conſpectu fruerer, in amicorum meorum numero non ſine gloriatione repono: & opinor cæcum, primo intuitu, haud pro certo dicere poſſe, uter eſſet globus, aut cubus, dum illa ſolummodo ſpectaret; etiamſi per tactus & figurarum indicia poſſet certiſſime, & ſine ullo errore illa diſtinguere. Hoc ego lectori in eum finem proponendum cenſui, ut inde anſam arripiat cogitandi, quantum experientiæ, & notionibus, per ingenium excultis & acquiſitis, in iis rebus debeat, in quibus fortaſſe ſe nil habere adminiculi arbitretur: atque eo magis, cum diligens iſte *obſervator* ulterius addat, *ſe, poſtquam in cogitationem iſtam ex libri mei lectione inciderit, problema illud pluribus judicio admodum valentibus propoſuiſſet, vix unum inveniſſe, qui reſponſum, quod verum eſſe putet, ad illud reddiderit, donec rationibus ejus auditis, ſe argumentis convictos fuerint profeſſi*.

§. IX. Hoc vero haud puto in aliis *ideis* noſtris tam frequenter accidere, niſi in iis, quæ per *viſum* recipiuntur: quoniam, cum viſus, omnium ſenſuum latiſſime patens, ad animos noſtros perferat lucis & coloris ideas, quæ iſtius tantum ſenſus ſunt peculiares; nec non diſtantes longe ſpatii, figuræ, & motus ideas, quarum ſumma varietas proprium iſtius eſt objectum, lucis nimirum & coloris, apparentias immutat (10); ex frequenti uſu fit, ut prompte unum ex altero judicare addiſcamus. Hoc multis in caſibus, ex contracto habitu, in rebus, quarum crebra eſt experientia, conſtanter adeo celeriterque perfici-

(10) Quo magis ſunt media, quibus qualitates nobis fiunt ſenſibiles (145), eo obſtaculis ſunt obnoxia, eoque magis alterantur, & varias incertaſque ſenſationes producunt. Media, quorum ope per viſum quoddam percipimus objectum, levia, flexibilia ſunt, ergo minimis mutantur obſtaculis, & hinc inconſtantes, diverſaſque ideas nobis progignunt, quamquam eadem ſemper eſſent objecta.

ficitur, ut illud pro sensuum perceptione assumamus, quod *idea* est, a ratione & judicio proveniens; adeo ut una, sensationis nimirum, alteri excitandæ inserviat, & ipsamet vix animadvertatur; ut homo, qui in legendo, vel audiendo, attentione & animi cogitatione utitur, non multum ad characteres aut sonos, verum ideas solum ab iis in ipso excitatas, animum attendit.

§. X. Nec mirum videri debet, hoc cum nulla propemodum animadversione fieri; si cogitemus, quam celeres sint animi motus, *& quam cito operationes ejus perficiantur*: ut enim ipsamet mens spatium non replere, & omni carere extensione censetur (11); ita actiones ejus haud temporis intervalla, ut producantur, requirere; verum plurimas ex illis in instanti continere videtur (*). Hoc intelligitur cum re-

(11) Hinc videri potest quo fluctuat Lockius in animi natura constituenda; fatetur hic, mentem non replere spatium, & extensione carere. Verum est, quod *censeri* inquit, sed pro basi sui argumenti sumit hanc animæ naturam, & luculentius patet.

(*) Ut probet Auctor, animi actiones non requirere temporis intervallum, quia adeo celeres sunt, ut plurimæ ex illis in instanti recenseantur, communi nititur sententia, & fundamento, animam nullum occupare spatium omnique extensione carere, quæ re quidem vera negari nequeunt inseparabilia esse. At propositio: *Anima nullum occupat spatium*: cum propositione, *actiones animi nullum requirunt temporis intervallum*; quam invicem connexionem habeant, non satis mihi compertum est; adeo ut pariter ignorem, cuinam Logices regulæ tribuere possim hujusmodi ratiocinationem: *Anima nullum occupat spatium; ergo ejus actiones nullam requirunt temporis intervallum* (**). Præterea

(**) Oportet, hic distingui actionem simplicem ab actione continuata; illa concipitur ut elementum actionis, hæc ut fluxus ipsius actionis; dicitur quoque hæc extensa vel composita; de qua alibi locuti sumus (*V. Malatt. stat. tom* 11. *an* 392.). Ex hac distinctione eruitur, quod Lockius intelligit hic de actione simplici, non de reliquis. Conatus animæ unus est, ex eo quia

respectu ad actiones corporeas. Hoc quivis in suis ipsius cogitationibus notare potest, qui retro ad illas respicere velit. Quomodo tanquam in instanti, animi nostri, uno intuitu, omnes demonstrationis partes contemplantur, quæ longissima recte dici potest, si spectetur tempus, quod necessario requiritur, ut concipiatur verbis, & gradatim aliis demonstretur? Secundo haud hærebimus attoniti, quod cum tam levi notatione hoc fiat in nobis, si consideraverimus, facilitatem agendi, quam repetitis actibus acquirimus, efficere, ut in nobis sæpissime sine ulla animadversione transeant. *Habitus*, præsertim ii, qui teneris ab annis radices in nobis agunt, tandem progressu temporis *pariunt actus, qui sæpissime nostram fugiunt notitiam* (12). Quoties in die oculos palpebris obtegi-

---

terea si id genus duratio, in qua nullam percipimus successionem, *instans* vocatur, *l.* 2. *c.* 14. §. 10. *fin.* atque ea est, quæ *in animis nostris unius tantum idea tempus occupat* sine alterius successione, *ibid.* (***) quomodo fieri potest, ut unicum instans admittat idearum successionem, primo nempe ideam sensationis, deinde ideam judicii? Quod si quis cum Lockio respondeat, quicquid de celeritate, qua sibimet actiones succedunt, asseritur, intelligendum esse cum respectu *ad actiones corporeas*; procul dubio affirmabit actiones animi majori pollere celeritate, quam actiones corporis; quæ quidem adversantur tum iis, quæ *cap* 14. *lib. huj.* §. 8. tradit, motus nimirum corporum esse plerumque adeo celeres, ut longius superent ipsam celeritatem, qua idearum nostrarum aliæ aliis succedere solent; tum iis, quæ §. 9. seq. observari possunt. *THIELE*.

quia unum est agens. Quoad id quod dicit illustrans, sic ei respondi posse, puto, actio esse debet tota, una, coexistens, ut meditantibus patet.

(***) Hoc animus fungitur munere, non percurrendo demonstrationum notas, ut supponit *SOAVE*, sed eas cernendo, ut adnotavimus (σ. τ. ξ. λλ. *tom.* 1.) per consequens unico intuitu omnia videt, ac percipit.

(12) Homo ad habitum perventus, nulla advertente anima, difficiles incredibilesque actiones parit, & adauget. Vidi quemdam

gimus, non omnino animadvertentes, nos in tenebris versari? Homines, qui in sermone quotidiano vocem quandam creberrime, cum prorsus tamen non ad rem faciat, ex consuetudine usurpant (Angli ejusmodi vocem nominant *By-word.*), in omni propemodum sententia, sonos edunt, quos, etiamsi ab aliis notentur, ipsimet haudquaquam audiunt, nec observant. Idcirco haud mirum est, mentem nostram sensationis suæ *ideam* in eam sæpius mutare, quæ rationis est & judicii, efficereque, ut una tantummodo alteri excitandæ inserviat, nobis haudquaquam illud animadvertentibus.

§. XI.

Perceptio animalia distinguit ab entibus inferioribus.

HÆc *percipiendi* facultas illud mihi videtur esse, quod *regnum animale ab inferioribus naturæ partibus distinguit ac separat*. Utcunque enim vegetabilia plurima gradus quosdam motus habent, atque aliis corporibus ad illa alio atque alio modo admotis, figuras & motus suos celeriter mutant, atque ita plantarum sensitivarum nomen obtinuerunt, a motu quodam, qui aliquam cum eo similitudinem habet, qui in animalibus a sensatione oritur: censeo tamen ista machinarum instar moveri; nec aliter se habere, quam quod accidere videmus in extremitate aristæ

---

dam Siculum, qui manibus truncatus, ore scripta efformavit, effigies delineavit, omniaque suæ vitæ necessaria auxilio oris parabat, & expeditius efficiebat. Si uno oculo clauso filum in acum intromittere experimur locum inprimis erramus, quo debeat filum pertransire, si postea reflexione animadvertimus, & locum apparentem a vero distinguimus, tum errore emendato intentum obtinemus, & toties, quoties nobis placet, filum pertransit.

ſtæ avenæ agreſtis, quam in gyrum torquet humoris particularum inſinuatio; aut in chordæ contractione, quæ aqua affuſa intumeſcit. Quæ omnia fiunt ſine ulla ſenſatione in ſubjecto, aut *idearum* receptione (13).

§. XII.

---

(13) Juxta mentem Leibnitii, Omnia compoſita habent entia ſimplicia, quæ *Monades* appellantur; & corpus non eſt, quam Monadum aggregatio. Omnes monades gaudent determinationibus & qualitatibus intrinſecis, quibus a ſe invicem diſtingui poſſunt. Per conſequens lapis, planta, cæteraque ſibi repræſentant Univerſum, etſi obſcure omnia percipiant abſque conſcientia percipientis. (*V. Monadolog.*, *Hanſch. princ. phil. Leibn. mor. geom. Dom. Francofurti*, *&* *Lipſ. edit.* 1728. *tom.* 4.). Quam ob rem juxta hoc ſyſtema animalia a reliquis corporibus perceptionibus differre, dici fortaſſe nequit. Nos in rerum natura obſervamus, omnia per gradus progredi, ita ut nonnullæ plantæ, animalia quaſi videntur, & contra nonnulla animalia vegetabiles. Polypus, Corallus, Mimoſa, Felix aliaque mediam conſtituunt naturam, ergo inſenſim ac pedetentim ex una ad aliam ſpeciem progreditur: hinc eſt, quod percipiendi facultas regnum animale ab inferioribus naturæ partibus, ut cenſet Lockius, fortaſſe non diſtinguit ac ſeparat; remanet ſemper quidam tenuis perceptionis gradus, etſi corpus inferioris ordinis extet.

Referam obſervationes a Needham factas, ut videatis gradus quibus vegetabiles ab animalibus differant. Hic Auctor ſumens qualemcunque plantam, vel quamlibet ejus partem, in uno aquæ poculo maceravit, quo facto, poſt duos treſve dies, tempore præſertim æſtivo, guttulam illius microſcopio expoſuit, & vidit magnam filamentorum quantitatem, quæ poſt aliquot momenta partibus oblongis obſervavit conflata, hæ partes paulatim ſejungebant ad invicem; & ſe motu tangentiali movebant; poſtea vidit, quod motum progreſſivum acquirentes, per omnes directiones ambulabant, & ita ut ceperunt demum formam animalculorum ſumere, & vidit aquæ guttulam plenam animalculis. Hinc deduxit, eſſe vera animalcula ob motum, quo ſpontaneum gaudebant. (*V. Obſerv. Micr.*), quomodo id evenire poſſit, vel eveniat, non eſt noſtrum, hic referre modum, alibi demonſtravimus (*V. Malett. ſtat. tom.* 11. *an.* 208. 209). Tantum adnotamus, quod nihil ad guttulam acceſſit præter macerationem par-

§. XII. Credo *perceptionem*, in aliquo gradu, *omnibus inesse animantibus*; licet in nonnullis fortasse aditus, quos natura ad sensationes recipiendas aperuit, pauci adeo sint, & perceptio, qua recipiuntur, hebes adeo atque obscura, ut plurimum distet a vegeto isto acumine, & varietate sensationum, quæ in aliis animalibus cernuntur: satis tamen facit, sapienterque accommodata est ad statum & conditionem id genus animalium, quæ natura ita fabricata est: adeo ut summi rerum omnium artificis sapientia & bonitas, per stupendæ hujusce fabricæ partes omnes, perque omnium rerum creatarum gradus & ordines diversos clarissime elucescant.

§. XIII. Rationi consentaneum esse puto, ut e *cochleæ* aut *ostrei* fabrica concludamus, hoc animantium genus non tot, nec tam acutis sensibus præditum esse, ac homines, aut plurima alia animalia; nec, si esset, in statu isto, quo se de loco in locum transferre nesciunt, sors eorum melior foret. Quid visus & auditus creaturæ prodessent, quæ se versus ea movere, aut ab iis objectis fugere nequit, quæ aut commoda sibi aut incommoda esse e longinquo cernat? annon sensatio perspicax incommoda foret animali, quod necessum habet semper in eo manere loco, in quem forte fortuna incidit; quodque ibi affluxum recipit frigidioris aut calidioris, mundæ aut lutulentæ aquæ, prout fors eam objecerit?

§. XIV. Nequeo tamen non credere, esse levem aliquam hebetemque perceptionem, per quam a me-ra

partium vegetabilium, attamen animalcula exorta fuere; dicendum ergo, quod materia evoluta constituat plantam, vel corpus organicum, magis evoluta animal, per consequens omnia corpora habere dispositiones ad plantas conficiendas, & ex hac in animalia transformanda, quapropter videtis, quod omnia corpora debeant fortasse habere qualitates animalis viventis, etsi non evolutas, & sensibiles, implicitas sane & obscuras.


ra insensibilitate distinguuntur. Hoc ita se habere posse, perspicuum est ex iis, quæ in humano genere cernuntur. Ex. gr. sumatur aliquis, in quo summa senectus rerum præteritarum memoriam, &, quibus mens olim imbuta erat, *ideas* omnes penitus deleverit; quæque visum, auditum, & odoratum ejus prorsus, gustum etiam maxima ex parte extinguendo, meatus omnes adeo obstruxerit, ut novis nullus relinquatur aditus. Aut si quæ ex iis viis adhuc semiapertæ sint, impressiones factæ, aut vix percipiuntur, aut non omnino retinentur, quantum ejusmodi senecio (haud obstantibus iis, quæ de principiis ingenitis prædicantur) cochleam, aut ostreum, cognitione aut intelligendi facultate superet, velim, ut cordati judicent. Et si vir annos sexaginta, prout potuisset quidem æque ac triduum, in eo statu transegisset, haud video, quomodo, quod ad perfectionem aliquam intellectualem attinet, ab infimo animalium ordine differret.

§. XV.

Perceptio primus aditus est ad cognitionem.

CUm *Perceptio igitur primus sit gradus, quo cognitionem versus tenditur, cum universa istius supellex per eam intromittatur*; quo paucioribus sensibus homines perinde ac alia animalia prædici sunt; quo pauciores & obtusiores sint impressiones ab iis factæ; quo hebetiores sint facultates, quæ circa eas versantur: eo remotiores sunt a cognitione ista, quæ in quibusdam hominibus, qui scilicet his memoratis in rebus alios præstant, reperitur. Cum vero hæc cognitio in magna graduum varietate consistat, (prout videre est in hominibus) fieri non potest, ut in multiplicibus animalium speciebus, multo minus in illorum individuis, gradus istius omnes certo investiga-

re & consequi possimus. Hic mihi notasse sufficit, perceptionem primam esse omnium facultatum intellectualium operationem, & per eam aditum esse cognitioni omni in animum. Et ferme dixeram, perceptionem esse in gradu suo infimo, qua tanquam propriis finibus animalia ab imis creaturarum ordinibus terminantur. Hoc tamen obiter tantum, & ex conjectura dico; nam ad rem, quæ a me tractatur, nihil refert, quid eruditi de hoc statuere velint.



APPENDIX I.

PROBLEMATIS MOLINEUX

AC EXAMEN MODI,

QUO PERVENIMUS AD OBJECTORUM EXTERNORUM COGNITIONEM,

A FRANCISCO SOAVE

CAPITI IX.

HUJUS LIBRI APPOSITA.

OCcasione adducti exempli circa repræsentationem, quam globus colore uniformis nobis efficit, inserit Auctor Problema quod a Domino *MOLINEUX* fuit propositum; Doctor *WINNE* in integrum omittit. Ego illud addam, ex eo quia celeberrimum est, potissimum temporibus his, in quibus ex una, alteraque parte magnopere est disputatum. (*V. Mem. de l'Acc. R. de Prusse, & observ. sur la Physique &c par Mr. l'Ab. Rozier*).

Hoc Problema his terminis fuit a Molineux expressum. „ Supponatur, quod quidam adultus a nativitate usque cæcus sit „ eruditus, tactu distinguere cubum, & globum ejusdem metalli, „ ac perinde ejusdem magnitudinis, taliter ut tangens unum & „ alterum, dicat, qualis sit cubus, & qualis globus. Ponatur „ hinc, se visum nancisci, & utrique in tabula constitutus ei „ adesset. Quæritur an sine tactu, solo visu, possit eos distinguere, & sciat, qualis globus, qualisque cubus extet.

Negat *Molineux*. Nam, ait ille „ etsi cæcus per experientiam „ apprehendat impressionem, tactui suo a cubo, atque globo factam, tamen, quod ea quæ hoc illove modo tactum feriant, „ hoc illove modo quoque debeant oculos percutere, nec quod „ angulis extantia, qua manus inæqualiter premitur, debeat „ visui apparere, uti tactui ostenditur „.

Lockius eadem opinione se manifestat. In primis, Opposuit *Condillac* (*V. Saggio su l'origine delle cogniz. umane*), deinde con-

consilium mutavit. (*V. Tratt. delle sensazioni*). Imo sustinuit, quod cæcus statim ac visum acquirit, non solum globum vel cubum distinguere nequeat, verum etiam nec figuram ullam internôscere sciat. Ego in eadem sententia exto. Tria exposci, puto, antequam ille possit figuras internoscere, ac distinguere. 1. Quod sit assuetus, extrinsecus transferre colorum sensationes, & ad objecta usque extendere. 2. Quod apprehenderit objectorum imagines a proprio oculo evellere, & a se longius educere. 3. Quod sciscitaverit objecti circumferentias sequi, vel lineis attendere, quæ superficiem determinant, & figuram constituunt (a). Enim vero hoc requirit habitum, quem cæcus profecto non acquisivit. Cum non possit itaque I. Diversas corporum distantias distinguere, vel id quod antea, & retro dicitur, imagines objectorum omnium, quæ sibi adsunt, debent pro eo efformare solam, & continuam superficiem. II. Cum nulla hujus superficiei pars ad nullam determinatam distantiam possit extrinsecus referre, veluti suis ipsis oculis totam applicatam debet sentire. III. Per consequens cum nullam sensationum ita dicam coloratarum, quas in se ipso experitur, ad nullum extrinsecum corpus, possit transferre, hæc superficies, vel melius, hæc impressionum complexio non debet in eo producere, quam complexum modificationum, quas omnes in se ipso sentit, cum nequeat ad rem extrinsecam referre, & minimam repræsentationem alicujus objecti extrinseci habere. Mihi videtur, hoc ad intelligendum sufficere, quod ille multo minus sequi possit circumferentias diversorum objectorum, quæ illi adsunt, verum nec scire,

---

(a) Sufficit dicere, quod debeat referre mutationem ab objecto colorato sibi excitatam aliæ mutationi simili a similique objecto sibi productæ. Nos internoscimus objecta a mutationibus ab objectis ipsis nobis excitatis, & internoscimus, unum esse alteri simile quatenus videmus unam mutationem alteri respondere. Hinc est, quod Helvetius inquit (*V. de l'Homme de ses facultès intell. &c.*) omnia in nobis, esse *sensationem*, *& memoriam*; sensationem quatenus objecta sentimus; memoriam quatenus recordamur præsentem sensationem similem esse alii olim habitæ ab hoc vel illo objecto. Determinatur ergo a repetita sensatione, & a judicio eruto in diversis actibus animæ in videndo objectum; per consequens si non visitur antea, nequit internoscere illud, & alteri comparare, qua comparatione dicat, objectum hoc, illudve hanc illamve figuram habere, nam eandem similemque sensationem mihi excitat, quam excitavit mihi aliud objectum eadem figura, colore gaudens.

re, nec distinguere sibi, in præsentiarum esse (*b*) potest, per consequens multo minus unionem hatum circumferenriarum arguere, & ex comparata qualitate, quantitate, ac linearum positione, quæ ea circumscribunt, figuras determinare.

Quod ratio ostendit, volui confirmare experientia, quæ facillime repeti quit. Tres catulos gemellos diligenter examinavi primo illo instanti, in quo oculos aperire cepere. In rabula positis, dedi locum, quod unusquisque ambularet juxta varias directiones. Quando vidi eos cum proprio motu incedere (verum lentus motus, ex eo quia se connixi trahebant, cum adhuc se non regebant in cruris), cuilibet manum opposui. Unusquisque impulit ad eam, & obstaculum sentiens alibi se revertit. Cum viderim, denuo eos incedere, oppofui, ut primum, manum, & ut primum impulerunt; repetii experimentum decem vel duodecim vices; & idem effectus est securus. Manui asperum corpus substitui, ut quoque viderem, an punctus, in quos se impellebant, eorum attentionem possent determinare; repetitis experimentis, effectus non solum in prima die, verum etiam per plures successivos dies fuit semper idem (*c*). Excogitavi, apud eos matrem ponere, ut viderem, an ejusmodi familiare objectum, cum quo continuo extabant, possint saltem recognoscere. Tempus erat, quo catuli fame vexati videbantur, & per consequens illud, quo magis intererat, eos quærere matrem. Hoc non obstante, hanc decumbentem, ad duos palmos distantem non agnoverunt. Illa, quasi appellans eos, gemebat; ipsi vocem audiebant, & respondebant ei; pressio irrequieta observabatur in tribus omnibus, causa eam assequendi; verum cum nul-

(b) Si credit *Soave*, nullum objectum tanquam præsens arguere, nescio an recte inquiat, si verum præcisam objecti cognitionem non habere, asserit, cum experimento, rationeque convenit. Ratio secundæ partis a modo allatis patet, primæ a mutatione organis sensoriis nostris ab objecto præsenti excitata. Anima percipit hanc mutationem, secus nunquam perciperet, & si millies repetiretur, per consequens arguere debet, aliquid aliud adesse, quod statum sui organi mutat; hoc internoscit a quodam extrinseco puncto emergere, ex eo quia, ablato eo, vel obice interposito, illa præcisa mutatio evanescit, & sic pedetentim ad veram præcisamque objecti cognitionem pervenit. Vides ergo, quod anima actu, quo mutationem percipit, internoscit, aliquid sibi novi adesse, & per consequens præsentiam objecti generatim considerati arguit, internoscit, videt.

(c) In hoc casu catuli non internoscebant objectum se lædere, at sibi adesse absque dubio videbant. (*an. pr.*)



nullus eorum apprehendisset auditus, vel visus directionem sequi, omnes tres abierunt, non perveniendo ad eam. Expertus fui, unum accedere ad palmum propemodum; cum perveniret ille ad sphæram odoratus, qui erat unicus sensus, in quo melius potuerat se exercere, celerius ad matrem cucurrit, idem & alii duo fecere, ad inveniendas mammas; non oculus, sed os pro duce eis inservivit. Quando fortius omnes tres mammis fuere, incepi unum retrahere, & ut primum eum posui, ad duos palmos distantem cum oculis erga matrem directis. Ille non amplius potuit eam internoscere: paulatim admovi eum, & caput vertebat huc illuc, ac perinde oculos non habere videbatur. Tantummodo ad quinque vel sex pollices quando aberat a matre, ab olfactu ductus cucurrit directe; idem de duobus aliis evenisse, supervacaneum est, dicere. Hæc experimenta consequenter plures dies repetii, non videndo in eis quemdam notabilem progressum, nisi post unam circiter hebdomadam. Tum quoddam proficiendi signum dedere; tum oculi cum antea immobiles, instar crystalli (*), fuissent, se movere cepere. In obstaculum primo vel secundo se impellebant, nequaquam tertio: Ad palmum & semissem, seu duos matrem agnoscebant, progressus in primis lenti fuere; celerrimi post aliquod tempus evasere, & ut adulti viderunt (*d*).

Hæc

(*) Sola oculorum immobilitas, quæ observatur adhuc in puerulis vix in lucem editis, est verum indubitatumque signum, quod non perveniunt ad figuras distinguendas: hinc est necesse, oculum attentionemque ferre in variis punctis, quæ circumscribunt eas. Nos ipsi aliquoties etsi rapide, hoc facimus. Oculus ad solum punctum immobilis nequit haberi, præter fortem impressionem aliquantulum a punctis circumjacentibus debiliorem. (*V. Anal. pr. num.* 32.) *SUAVE*.

(d) Si rem expositam accurate contemplemur, invenimus, quod experimentum a Soave factum nihil aliud probat, quam ad internoscendum objectum duo tantum requiri. 1. impressionem in organo sensorio ab ipso objecto factam. 2. discrimen perceptum inter se & objectum, inter objectum & reliqua adjacentia. Quando catuli incepere oculos aperire, nullam, vel quasi nullam impressionem objecta eis efformabant, nec poterant internoscere, etsi efformare diceremus, impressionem ipsam ab uno potius quam ab alio objecto provenire. Ratio primæ partis habetur ex organizatione eorum omnium, quæ sunt visui dicata; secundæ ex defectu experientiæ, ac memoriæ habitæ ipsius objecti. Natura, quæ omnia prævidit, voluit sic animalia organa con-

struc-

Hæc experimenta absque repetitione credo. Tam est longius, quod cæcus primo suo oculorum intuitu possit parvas distinguere differentias inter cubi & sphæræ figuram, ut catuli, quos fui expertus, debuere septem, & amplius dies impendere ad perveniendum non jam ad minimas differentias distinguendas, verum etiam ad in integrum unius objecti imaginem percipiendam, eis tam familiare, atque utile, & per reliquos sensus notum, ad cujus cognitionem aliorum sensuum auxilium magnopere concurrebat (*e*).

---

struere, ut primo vitæ momento, hoc est, quando animal in lucem editur, ita relaxa sint, ut nullam reactionem efficiant, consequenterque nullam recipiant impressionem (*au tom.* 1.). Organa tractu temporis incipiunt proprium exercere munus, ut censeo, propter repetitam objectorum actionem, qua nervi duriores ac resistentes fieri, credimus. Ergo catuli primum experimenti tempore nullam, vel quasi nullam impressionem in se recipientes absque directione incedebant, non ita posterius. Pariter etsi ponamus, tum catulos impressionem habere, non sequitur erga objectum impressionem efficiens debere se ducere. Ut nos erga unum vel aliud objectum determinemus, oportet illud internoscere, & ab aliis mente separare; necesse ergo est, ut primum experiamur aliquid adesse extra nos, ex quo venit impressio, & punctum e quo emergit, nobis esse utile, ex eo quia repetitis actibus fuit ejusmodi observatum; requiritur ergo, ut modo enunciavimus, præter impressionem, memoria adhuc utilis (*a*) comparati. Vides itaque quod catulis cum utraque per visum deficerent, nullam matris cognitionem ope ipsius visus habebant, non sic reliquorum sensuum, ut factum demonstrat. At si post primum secundumque intuitum, & etiam tertium non erant conscii matris, mirum non est profecto. Quot objecta a nobis visa & fortasse vicibus repetitis, præsertim si nobis se objecterunt cum magna objectorum caterva, denuo non internoscimus? Catuli tempore, quo oculos aperuere, plura per retinam sibi animo repræsentarunt, ex tam magna objectorum caterva, quorum nullam experientiam habuere, hoc, illudve objectum sub hac illave mutatione præsentare, putas ne unum possent ab altero distinguere? Duo ergo, concludimus, ad objecti visionem concurrere debent. 1. Impressiones. 2. Memoria ipsius impressionis. His deficientibus, nullum internoscitur objectum, nullumque discrimen.

(e) Ex duobus enarratis (*d*), cæco nato deficit memoria impressionis, & primo intuitu nescit distinguere cubum a sphæra,

Sensationes itaque, quæ, per visus habentur in initio non sunt, quam pure *sensationes* rigoroso significatu sumtæ. Impressiones coloratorum objectorum animæ non excitant, quam simplices modificationes. Hæ non evadunt repræsentationes quoad ipsa objecta, & perceptiones quoad animam, nisi postquam illa ad transferendum incepit in ea proprias sensationes, & referre ad singula objecti puncta impressionem, quam illa sentit.

Auxilium aliorum sensuum est huic magnopere necessarium. Hinc Condillac ratione vult in *sensationum* tractatu, simulacrum ab ipsomet imaginatum, quando non haberet præter visum non perveniret unquam nec ad cognoscendum, neque ad suspicandum de externorum corporum existentia (*f*).

Immo ulterius excedit. Quando adhuc, ille ait, præter visum darentur illi tres sensus, sc. *olfactus*, *gustus*, *auditus*, omnes impressiones e sensibus istis pervenientes, perciperentur tanquam simplices modificationes sui, nunquam cogitando illas ex externo objecto oriri.

Solus sensus, pergit ille, qui extra nos incipit transferre, & nobis facit internoscere existentiam externorum corporum, *tactus* est. Ille vult adhuc, tactum de toto opere mereri, &, hoc modo evolvit. Quando simulacrum tantum ad sensum tactus determinatum, incipit tangere, seipsum ut & corpus externum; primo casu experitur duplicem resistentiam; simplicem in altero. Infert hinc, quod in primo pars tacta ad seipsum pertineat, non ita in secundo. Ex quo arguit aliquid extra se, & a se diversum extare, & corporum externorum existentiam detegit hoc modo.

Confutatio aliquantulum aspera recenter huic opinioni fuit opposita. Ego adhuc censeo, tactum per se solum, & absolutum, vim non habere a Condillac recensitam. Verum quanquam amoveri debeam ab hujus perillustris metaphysici opinionibus, nunquam tamen desinam ingenium ac sagacitatem ejus mirari. Quoad præsentem quæstionem, ego credo, quod simulacrum solo tactui determinatum, fortasse in seipso duas sensationes habebit,

---

ra, ex eo quia non internoscit differentiam mutationum ex ipsis productam, non secus, si nos percipimus objecta non amplius visa, ea non distinguimus inter se, præsertim si ratione minimarum modificationum differunt.

(*f*) Quis potest decernere, quod ablatis omnibus aliis modis sensus visus non suppeditaret, attentione, atque necessitate accuratior factus, modum quo objecta extra nos posita internoscantur? Cæcis tactus visui supplet. Quid mirum, quod contrarium eveniret?

bit, unam in aliud corpus tangendo; & nihil amplius (*g*). Ego *forsan dixi*, ex eo quia dubito quin hanc, unam haberet, vel saltem (quod idem est) tantum unam, tam in uno, quam in altero casu præsentiat. Porro, si digito mihi tangam nunc alteram manum nunc visum, vel accidit, quod pars magis pressa, ceu sensibilior majorem sensationem mihi excitans, alteram obscuret, & reddat perinde nullam (*h*), vel ambæ sensationes conjungantur ad punctum contactus ejusmodi, quod si non essem aliunde certus, partes se tangentes esse diversas, videtur mihi, quod duas sensationes unam ab altera distinguere, nescirem, & per unicam individuamque sensationem haberem (*i*). At si quoque daretur, quod in primo casu sensationes essent duæ inter se distinctæ, cum nesciat simulacrum undenam oriantur, cum nesciat, se aliquid tangere, nec etiam tactum sui ad plures diffundi partes, immo cum nesciat, se habere partes, vel tactum statua ipsa ad summum has duas distinctas sensationes præsentiet, & sine potentia trasfe-

---

(g) Etsi credere debeamus, ut modo diximus, quod ablato tactu, reliquis duntaxat sensibus posset statua seipsam ab externis objectis distinguere, & hæc unum ab altero fortasse recedere, attamen nequimus inficiari, quod solo tactu possit pariter internoscere forsan objecta externa, & ea a se ipsa distinguere. Tangit objectum; tum oritur sensatio quæ respondere debet partibus, atque modificationibus ipsius objecti. (*V. mal. stat. tom.* II. *Teor. X. Avv.* II., *Lem.* III. *avv.* I. II.). Omnia differunt inter se partibus & modificationibus, ergo sensatio tactu nacta differt semper ratione objectorum. Hinc est, quod solo tactu statua arguere debet objectum externum a se differre, nam diversam sensationem sibi excitat, & spatium a se ad objectum manu percurrendo, impellit demum in obstaculum, quod in seipsa minime sentit. Cæteroquin, omnia quæ neque sono, neque olfactu, neque gustu nobis se patefiunt, internoscunt cæci, & præcise multoties unum ab altero distinguunt. Id evenit ratione attentionis præstitæ ad detegendas minimas modificationes objectorum, quæ nos prætermittimus tactu detegere oculorum auxilio. Quid mirum ergo, quod statua easdem pariter nanciscatur sensationes?

(h) Hoc fieri nequit. Deficeret ratio defectus sensationis (« usque »).

(i) Nescio quomodo id dici queat; duo opposita puncta mutantur, ergo distingui debet ab alia sensatione in qua organum sensorium unam tantum sustinet mutationem.

trasferendi eas ad quamdam sui partem. Illud in eodem esset casu, non secus ac tangens superficiem glaciei, uno eodemque tempore frigus, ac resistentiam sentiet, vel aslulam glaciei tangens, punctum & frigus percipiet. Discrimen ergo sensationis modo duplicis, modo simplicis non ducet illud ad arguendam existentiam unius sui partis, ut & nullius rei extra se positæ, non secus ac sensatio colorum, vel sonorum, nunc duorum, nunc unius non illam duceret (*k*).

Interim credo, quod concursus plurium vel omnium sensuum simul in eisdem objectis, transferre extra seipsam possit, & cognitionem externorum corporum suppeditare. Etenim in hac inventione tactus, & visus, videtur quippe, majorem partem habere. Ego adhuc experior, an hi soli possint sufficientes esse, verum non tribuendo meis conjecturis, quam quod mereri per se possint. Simulacro omnibus sensibus prædito, tabulam colore tinctam repræsento. Cum eam tangat, uno eodemque tempore tres sensationes habet, & quam ei resistentia præsentat, & quam dat tabulæ color, quem viridem suppono, & quam color suæ manus excitat. Verum sensationes sunt hactenus in se. Cum manum super tabula moveat, semper sensatio resistentiæ perdurat, illæ colorum aliquantulum mutantur, quatenus viridis nunc ex una, nunc ex altera parte manus adauget; sed hanc varietatem vix ipsa præsentiscere potest, & quippe nequit se ad consequentiam ducere. Fingamus enim, e medio tabulæ dextrorsum manum ipsam movere, donec extra illud in integrum transferat. Superficies viridis hac ex parte coarctabitur successive, & dilatabitur ex altera, donec manus extra tabulam posita, color viridis evelletur in integrum a colore manus, & cessabit resistentiæ sensatio. Hæc cessatio debet profecto quamdam deprehensionem producere, & hæc determinare potest attentionem, & efficere, quod sejunctim duos colores examinando eorum discordiam præsentiscat; non sufficit adhuc, ut illa aliquem a se sejunctum internoscat. Manu redeat ad tabulam, altera ei deprehensio erit, sensationem resistentiæ persentiscere renovatam ad unionem duorum colorum. Transferat dexteram sinistrorsum, donec e tabula iterum prætergrediatur: eodem modo viridis color successive deficiet sinistrorsum, & augebitur dextrorsum, usque dum denuo evelletur a colore manus, finiet iterum resistentia, & deprehensio

(*k*) Omnia enodabit tractu temporis, minimas differentias percipiendo, & rationem minimarum modificationum arguendo, percipiet diversas mutationes. Alioquin confunderetur ratio sufficiens mutationum, & per consequens sensationum, ac perceptionum ipsarum, quod dici nequit.

sio renovabitur. Eadem experimenta efficiat ab imo ad summum, & contra (*). Idem semper inveniet, & deprehensio major fiet. Tandem superficies tabulæ sequatur: fines viridis coloris persentiscet prorsus indenticos cum resistentiæ finibus, vel inveniet, quod quoties manus color a viride separatur, resistentia cessat, & regreditur hæc, quando duo colores denuo conjunguntur. Hoc omne debet admirationem ei confirmare. Forsan in suspicione illud poni posset, colorem viridem sibi resistentiam facere: eoque magis, si postquam nutu suo brachium extra tabulam extendet, super tabula idem efficere volens, obstaculum omni conatui inveniet insuperabile (**). Verum ponamus, ad hoc non pervenire adhuc: saltem admiratio suam determinet semper attentionem, & successivas mutationes coloris manus super illo tabulæ simul cum alternis cassationibus renovationibusque sensationis resistentie, efficient, quod, eis perspectis, limites viridis coloris distingueret, & per consequens eos adhuc ejusdem resistentiæ: quam magnopere intererit.

Ante simulacrum ponamus modo tabulam albam, ab hoc colore eandem resistentiam habebit, identicos quoque hic inveniet fines resistentiæ ac albi coloris: sua suspicio, quod color sit e quo sibi venit sensatio resistentiæ, posset successive augeri. Sed quando in hoc dubio non extet adhuc, unam rem saltem posset observare, quæ est, quod color, qui in primis in viride percurrebat, & modo in albo percurrit, semper idem est; & quod resistentiæ sensatio contractui istius cum uno duorum colorum est semper conjuncta. Quis scit, quod ab hoc non suspicatur illud, ejusmodi colorem sibi pertinere, vel suam sensationem ad hunc colorem non incipiat referre? Nihilominus non præcipitanter judicamus.

Ante simulacrum nigram tabulam tertio ponamus. Erit hic color diversus, verum resistentia erit eadem, & fines utriusque identici adhuc erunt. Color manus in nigro percurrens, erit in contactu hujus cum nigro colore. Omnes antecedentes suspiciones possent successive iterum atque iterum augeri. At quod primum evenire debet, est, quod cum expertum fuerit resistentiam horum colorum duntaxat, nec unquam extra se, sensatio resisten-

---

(*) Simulacrum non adhuc *summi*, & *imi* notionem habebit, attentio tamen fortasse incipere quit, ad præsentiscendum, unam extremitatem alteram non esse. *SOAVE*.

(**) Nesciat illa statua brachium extendere; verum diversam sensationem habebit quando illud libere extendit, & quando in obstaculum impingit. *SOAVE*.

stentiæ cum illa ejusmodi colorum in eo conjunctim comitari debet. Articulum alterum satis grave.

Nimis esset longius omnia experimenta referre, quæ possent fieri singulatim repræsentando modo eadem corpora, modo diversis corporibus tincta, & istorum corporum modo unum, modo plura in eodem tempore. Ponamus, ut pro factis, hæc experimenta, & productum in integrum consideremus. Videtur in primis quod motus coloris manus in finibus ceterorum colorum paulatim assuescet oculum ad superficies ex se ipso sequendas, ad limites arguendos, ac internoscendas figuras. 2. Oculus sic eruditus inservit manui directione, qua facilius regredi possit ad colores istos, quoties erit extra, & ut ex uno in alterum transeat. 3. Quod sensatio resistentiæ passim se conjunget cum illis colorum omnium, e qua ipsa successive experietur. 4. Quod sentiens semper resistentiam cessare, quando color manus evellitur ab uno istorum, & semper eam sentiens renovare, quando ad illum tangendum redit, non dubitabit amplius, resistentiam ex hoc contactu oriri. 5. Quod cum remaneat manus, nunc plus nunc minus, in resistentiæ transitu ab uno in alterum colorum sensatione orbata (*), incipit ab hoc sibi efformare aliquam notionem intervallorum, quæ eos dispescunt. 6. Quod cum sentiat se alligatam, modo plus, modo minus brachium producere, ut inveniat resistentiam diversorum colorum, qui ad diversam sensationem hujus elongationis, ad figuram absimilem, quam color brachii se producendo vel plicando, ad tempus impendum, ut ad contactum perveniat, & incipiet ita ad sibi quoddam notionis distantiarum principium efformandum. 7. Demum quod semper resistentiam sentiens, quando duntaxat color manus alium tangit; nec unquam, quando duo alii inter sese tangunt; cum sentiat sibi libertatem magnam hunc colorem movendi, nutu suo, nec eam sentiat habita ratione ad alios; cum experiatur in se ipsa sensationem particularem, quando ex uno ad alium locum hunc colorem transfert, non sic quando positionem relativam cetera mutant; cum habeat potentiam coercendi, ceu dilatandi colorem manus vel brachii, figuram ei mutandi, aliis eum appropinquare, ac removere &c. nec sentiens habita, ratione ad alios: perveniet demum ad concipiendum, hunc colorem ad se pertinere, & alios non pertinere ad se; & consequenter esse extrinsecos.

Hoc facto, faciliora omnia sunt. Verum adnotare oportet quod primæ ideæ, quas ope hujus illud ab objectis efformabit, non,

---

(*) Successionis notionem posset illa acquisitam habere. (V. cap. 7.) SOAVE.

non erunt, quam ideæ colorum resistentium. Non perveniet ad internoscendum, non esse colores præter simplices objectorum qualitates, nisi 1. attente reflectet, quod colores similes diversas resistentias sentire faciant, non secus ac similes resistentiæ a diversis oriantur coloribus. 2. Quando per experientias observabit, quod res resistentes præter colorem quemdam, adhuc odorem, vel saporem, ceu sonum habeant, & aliquæ in uno, aliquæ in altero modo; observationes, quæ sunt circa existentiam objectorum externorum, ponent demum statuam in tam clara evidentia, quod non relinquent ei dubitandi locum.

Quod circa simulacrum excogitavimus, pro unione visus, tactusque; in cæco ab infantia, sequetur per unionem tactus cum reliquis sensibus. Ego non statuam nec quales nec quantos: Verum combinatio plurium videtur necessaria pro detectione existentiæ objectorum externorum (*l*).

AP-

(l) Credo, quod omnia paucis comprehendi possent. Statuæ adsunt plura corpora, omnia diversimode modificantur, ut & modificantur diversimode sua organa a reliquis corporibus positis extra se, ergo attendendo peculiaribus modificationibus uno vel pluribus sensibus perspectis, arguit diversitatem, & concludit; 1. duo diversa non esse similia; 2. se ab externis distinguit. Hinc patet, I. quod statua possit potius uni quam alteri modificationi adhærere, & parum refert an hæc sit, vel illa: pendet ab occasione, quæ efficit quod ad unam potius, quam ad alteram attendat. II. Quod quæcunque sit hæc diversa modificatio sufficit ad erudiendam statuam „quovis sensu, uno vel pluribus sensibus percepta.



APPENDIX II.

SUPER INSTINCTU REFLEXIONES FRANCISCI SOAVE.

Habitus ab Auctore indicatus idem ille est, quod tam in hominibus, quam in brutis format, quod vago termino ac sensu casso *instinctus* nuncupatur. Quod per se ipsa natura nihil homines, nec bruta doceat: quod id omne magna celeritate, ac perinde anima nesciente factum ab ipsis, effectus sit habitus exercitio, ac experientia acquisiti, ex uno duntaxat exemplo sat colligi potest. Fuit communis opinio elapsorum temporum, & adhuc viget apud nonnullos, instinctum illud esse, quod per se bestias docet ad effugienda pericula. Hinc *METRIE* non dubitavit asserere, quod ad præcipitii oram puero & catulo positis, antequam nemo eorum experientiam acquisivit, hic ab instinctu retineretur, ille caderet tantum, ex eo quia, Natura, ut ait ille, eo minus instinctus homini suppeditavit, quo magis habilem efformavit illum, proter quod possit suas perficere cognitiones. Quod modo ante quam nancisceretur ullam experientiam catulus non secus ac puer debeat cadere; ego tutos possum vos reddere. Tres catuli in præcedenti appendice indicati mihi suppeditant argumenta inexpugnabilia. Inter experimenta a me in eos facta, post duos vel tres dies, quod oculos aperuere, & quamquam non adhuc ceperunt eis uti, didicerant ideo tactum adhibere. Ego omnes tres unum post unum in scabello posui. Se per illud trahentes, ad oram perventi, ceciderunt omnes, nisi per aera eos colligere curaverim, ne læderentur. Consecutive duodecim vices & amplius repetii, eodem modo semper cecidere. Experiri volui, eos in casu relinquere (altitudo non erat quam ad pedem vel paulo plus): prima lectio non fuit satis: tantum post quintum vel sextum casum dolor docuit eos præcipitium internoscere. Ad scabelli oram perventi tum se retrahebant: verum tam est longius, instinctum in hoc partem habere, quod postridie denuo in scabello positi, iterum cecidere. Lepusculus liber relictus in cubili, in quo ignis aderat, lætus, in eum cucurrit, ut efficiunt catuli ac pueri: antequam comprehendisset, ignem urere, & passim papilio-

liones non videmus continuo circa lumen in orbem agere, donec uruntur? Instinctus deberet docere, eos lumen effugere. Quando dici nolit, naturam eis instinctum, se uri, dedisse, quod parum certo eis prodesset.

Instinctus ergo non est, sed experientia, quæ æque hominibus ac brutis suppeditat, quo incipiant pericula evitare. Dolore semel experto, hujus sensatio comitatur cum idea objecti, e quo venit; cum denuo repræsentaretur idem, vel simile objectum, doloris memoria excitatur, & promptius anima in corporeis facultatibus ad evitandum illud motus necessarios producit. In primis id considerare facit, sed propter continuatos actus acquirit habitum tanta celeritate illud efficiendi, quod videtur postea, id fieri, non anima advertente; immo quando efformaverit habitum hunc tempore, in quo non assuevisset, ad suas adnotare operationes, nesciet illa subvenire, eas nunquam didicisset, & credet eas naturaliter, & per instinctum fieri (*m*).

Nos Ingenii Levitati, quam nonnulli habent, & qua volunt sibimetipsis suadere, & aliis ostendere, scire se quod nesciunt revera, hoc vocabulum (*instinctum*) profecto debemus. Cum observarent hominibus ac brutis actiones quasdam, cujus originem detegere nesciebant, pro simpliciter fatendo, se originem ignorare, maluerunt positive dicere, naturam ipsam eos immediate docere. Crediderunt, novam cognitionem nancisci, & non effecere, quam vocabulum sensu cassum reliquis vocabulis addere. Dicere *ex. gr.*, naturam hirundines docet construere nidum, vel nihil indicat, vel exprimit quod natura eis impressit ideam formæ nidi materiei, qua construi, mediorum, quibus effici, locorum denique, quibus adnecti debeat Ex quo esset hirundinibus concedendum, illam congeriem idearum congenitarum, quas hominibus negavimus, adesse.

Duo interim circa bruta sunt adnotanda: 1. quod nonnulla eorum organis sensibilioribus gaudentia, & magna celeritate præditis, quapropter millena loca brevi percurrunt, millena possunt discere brevi, propter quæ nos multos impendimus annos

(m) Quod hic *Soave* ait, magno criterio dictum esse puto. Ego pluries hoc de instinctu cogitavi, eadem semper adinveni. Pluries experimenta a *Soave* allata repetii, idem argui. Et de quo tandem asserit, hoc est, quod anima, consulta ratione, experientiaque prius percipit, & postea credit naturale, ac per instinctum efformatum. Videri potest quod diximus antea (70. *tom.* 1.) & quod alibi conscripsimus (*V. Malatt. stat. tom.* 11. *Teor.* VII. *Avv.* VI.)

nos (n), & hinc videri, omnia per *instinctum* facere, quando faciunt ea, ex eo quia didicerunt: 2. quod nonnullæ eorum actiones, quas ad finem credamus directas, non sunt quam mechanici effectus eorum physicæ constitutionis, vel egestatis (o), quibus tam male conveniret nomen instinctus, ut notionibus manducandi, vel movendi convenit. Non ut tendant insidias muscis, Bonetus ait, Aracnis telam construit. Cum neat illa non cogitat, quam ad se liberanda ab eo quod illam afficit. Fortasse accidere posset, quod cum expertus esset, id adhuc illi adjuvare, ut facilem subsistentiam sibi compararet, postea ad hunc finem expresse effecisset, Verum ut in initio hoc faceret, conveniret, Naturam illi imprimere ideam cibi, volatus, reticuli, glutinis, filorum, punctorum, quibus annectere illa, ideæ figuræ spiralis cum qua ea texere &c., quod petridiculum est, innatum in Aracne supponere (p),

CAP.

(n) Cognitiones habitæ sunt in ratione composita a directa objectorum nobis incurrentium, attentionis præstitæ, dispositionis nostrorum organorum impressiones suscipientium, & repetitionis habitarum impressionum.

(o) *Instinctus* definiri potest „ per repræsentationem nonnullo„ rum objectorum propter aliqua signa, vel ideas illa comitan„ tia „. Incipit ergo ab attentione, hoc est, observando signum signato procedere, & ex eo quia pluries hoc anima vidit, habitum acquisivit, & expeditius efficit, quod sibi videtur bonum.

(p) Hoc percurremus argumentum, uti de anima brutorum disputaturi erimus. Quod pertinet postea ad actiones mechanicas, ut inquit *Soave*, dicam hic, quod a perfectione sensuum internoscitur sæpe quod est pluribus ignotum. Qui fibra irritabili gaudet temporis mutationes internoscit, ut sæpesæpius mihi accidit, ad instar Thermometri exquisiti. Plures homines tenuissimum odorem alicujus rei aliquoties non percipiunt quod clare unus distinguit. Hinc est quod aliqui percipiunt, perexigua signa, & ad signatum adhærent, vel ab illo semovent, & aufugiunt. Statim ac, ait *Brumoi*, novus hospes fuit in Ædificium sibi statutum ingressus, absque præhabita ulla cognitione, se quasi nesciente, secretus corporis impulsus eum advertit, de quo illi prodest, vel nocet. Voluptas, vel dolor *instinctum* formant. Prima bonum enunciat, & se ad medullam usque insinuans spiritum suadet, id quod corpori convenit, inquirere. Alter quodam proficuo modo, præsentiam mali nos sentire, facit. Aufugite, dolor ait: inimicus longe non est; his clamoribus absque difficultate corpus obedit, & ab objecto se movet,

vel

CAP. X.

De Retentione.

§. I.

Contemplatio.

PRoxima facultas animæ, per quam in cognitione adipiscenda ulterius proficit, ea est, quam *Retentionem* voco, sive *idearum* simplicium conservationem, quas a sensatione aut reflexione recipit. Hoc fit duobus modis. Primo, cum intromissam *ideam* aliquandiu intra mentis conspectum actu retinet, quæ *Contemplatio* dicitur, (14)

vel ad illud accedit, quod instinctus alliciens, vel periculosum declarat. Non est reflexionis conatus, nec sublimioris artis effectus, quibus apprehendit anima, hæc monita tam nobis proficua distinguere, ac sequi: verum minimo signo, qui sensibilis est, currit illuc, quo pro corpore signum eam advocat, & natura ipsa ei semitam ostendit.

(14) Experientia certi sumus, nos facultatem habere, ideas impræsentiarum sensibus vel reflexionibus excitatas nutu retinere nostro ut eas adnotemus. Quæcunque sit hæc animæ facultas retentionem voluere appellare, & confundi potest cum memoria: differt tantum ratione temporis, & celeritatis, qua conficitur; at eadem actio, eademque vis requiritur. Verum est, quod primo intuitu non videtur ita, nam in secundo casu supponitur facultas excitandi; at si pacato animo hoc disquirimus, videbimus ab eadem facultate pendere. Ad suspendendum corpus contra vim gravitatis, & suspensum retinendum, eadem requiritur vis actualis, & tantum diuturnitate secundus a primo casu differt. Non aliter in contemplando diuturna vi imagines, acumini mentis detinentur obnoxiæ; in commemorando eadem vi excitantur; de quo inferius.

§. II.

Memoria.

SEcundo, cum ideæ in animo resuscitantur, quæ post impressionem evanuerunt, aut quæ quasi in loco aliquo secreto extra conspectum nostrum positæ fuere: hoc fit nimirum, cum, objecto remoto, calorem aut lucem, flavum aut dulce concipimus (*); hæc memoria est, quæ quasi thesaurus est *idearum* nostrarum (15). Cum enim mentis humanæ eæ sint angustiæ, ut *ideas* multas simul contemplari nequeat, opus erat repositorio, in quo *ideas* reconderet, quæ postea ipsi usui forent. Cum vero *ideæ* nostræ nihil aliud sint, quam actuales perceptiones in mente, quæ revera non existunt, si non percipiuntur, quando dicimus, *ideas* in repositorio mentis recondi, solum intelligimus animum in multis casibus potentiam habere pristinas *ideas* in se excitandi, annexa superadditaque hac tantum perceptione, quod prius in animo inerant. Atque in hoc sensu est, quod ideæ nostræ in memoriis esse dicantur, cum revera nusquam actu sint (**); po-

(*) In Originali legitur, *we conceive*, nimirum, nos conservamus (*nous concevons*). Non est porro in gallico idiomate vocabulum, quod melius anglicano vocabulo respondeat, quam illud *conservandi* (concevoir). COSTE.

(15) Non est definitio exacta, hæc cum imaginatione omnino confunditur, ergo melius definimus cum Wolfio „ per facultatem „ animæ ideas reproductas recognoscendi pro iisdem, quas jam „ antea habuimus „ (*V. Psychol. Emp. lat. p.* 123) Genuensis distinguit *memoriam* a *reminiscentia*, eam sumit tanquam *habitum*, hanc tanquam *actum*. Quapropter memoriam per *facultatem*, reminiscentiam per *actionem* definit (*V. Elem. metaph. t.* 11. *p.* 14) quidquid de hoc dici debeat, inferius dilucidabimus.

(**) Sic Coste „ Quoiqu' à proprement parler, elles ne soient „ nulle parte „. Quomodo debeat hoc intelligi inferius disquiremus.

potentia tamen animo ineſt eas, quandocunque voluerit, reſtaurandi (16); & in ſe de novo quaſi repingendi, quaſdam vero majori, quaſdam minori difficultate; nonnullas clarioribus, alias coloribus magis obſcuris & vix apparentibus. Atque ita eſt, cur facultatis hujus adminiculo omnes iſtas *ideas* in intellectu dicamur habere, quas etiamſi non actu contemplemur, ſine tamen ſenſibilium iſtarum qualitatum ſubſidio, per quas primum in animo imprimebantur, poſſumus, iſtas iterum in conſpectu mentis ponere, atque efficere, ut, poſtquam denuo comparuerint, objecta fiant cogitationum noſtrarum. (17)

§. III.

Attentio, repetitio, voluptas & dolor ideas in animo defigunt.

ATtentio, & *repetitio* plurimum conferunt ad ideas quaſdam in memoria defigendas: quæ vero, ex natura ſua, altiſſima & maxime diuturna veſtigia imprimunt, eæ ſunt, quas *voluptas* aut dolor comitatur. Cum ſenſuum munus ſit efficere, ut ea animadvertamus, quæ corpori prodeſſe aut obeſſe poſſunt, ſapienter (ut ſuperius monui) a natura comparatum eſt, ut *ideas* multas a nobis receptas dolor a tergo ſequatur; affectus enim iſte, cum conſiderationis & ratiocinii defectum in puerulis ſuppleat, atque in adul-

(16) Juxta Lockium in hoc differt contemplatio a memoria, mens in contemplando non reſtaurat, ſed adnotat ideas, non ſic commemorando, per conſequens diverſum ſupponit actum, & nos credimus, ut infra videbimus, eumdem eſſe actum, nec unum ab alio differre, quam diuturnitate & diverſitate characterum ab anima perceptorum, ut jam jam diximus.

(17) Hoc eſt nimium memoriæ tribuere, ut *Condillac* adnotat & nos poſterius pertractabimus.

adultis celerius ulla circumspectione agat, efficit, ut tam pueruli, quam ii, qui sunt provectioris ætatis, omnia, quæ lædunt, ea celeritate fugiant, quæ ad salutem & incolumitatem ipsorum conservandam necessaria est; atque in utriusque memoria futurorum incommodorum cautionem & provisionem inserit (18).

§. IV. Quod ad varios autem durationis *gradus* attinet, quibus *ideæ* in *memoria* consignantur, observare licet; quod nonnullæ fuerint in mente productæ per objectum, quod semel tantummodo sensus affecit; aliæ, quæ sæpius, quam semel, semet sensibus objecerunt, parum fuere animadversæ, quoniam animus, aut incuriosus, ut in puerulis, aut aliter occupatus, ut in adultioribus, in unicam tantummodo rem intentus, rei speciem non alte in se signat. Et in nonnullis, in quibus diligenter, nec sine iteratis impressionibus, signantur, accidit, ut vel propter corporis temperamentum, aut alium quendam defectum, memoria valde debilis sit: in omnibus hisce casibus exolescunt in mente ideæ, & ex intellectu adeo penitus delentur, ut non alias imagines aut vestigia post se relinquant, quam umbræ solent, cum rapide per fata volitant; atque animus illorum adeo inanis relinquitur, ac si nunquam ejusmodi ideæ in eo fuissent.

§. V.

---

(18) Si memoria est habitus, augeri debet attentione, repetitioneque eorum, quæ memoriæ figi debent; nam habitus est animi facultas, qua actus aliquos quum internos cogitationum & voluntatum, tum etiam externos linguæ, manuum, expeditius edere potest (1. *tom.* 1.). At quonam hic consistat habitus, vel cum anima vestigia cerebro impressa percurrit, vel hæc vestigia se animo objicit, ut Malebranchius (*V. lib.* 2 *de inquir. ver. cap.* 5. §. 3.) existimavit, & censuit Cartesius (*V. de pass. Animar. par.* 5 *art.* 42), quæstio valde involuta est, per consequens perdifficile est decernere, an habitus animæ, vel corpori conveniat? Verum hac de re infra disceptabimus.

§. V. Hoc modo plurimæ ex *ideis* istis, quæ in sensationis initio productæ erant in puerorum animis, (quarum fortasse nonnullæ, uti voluptatum quarundam & dolorum, ideæ ante nativitatem excitatæ erant, aliæ in infantia) nisi in vitæ futuræ curriculo iterentur, penitus intereunt, non remanente ullo illarum vestigio. Hoc in illis videre est, qui per infortunium aliquod in ætate tenella oculorum usum amisere; in quibus colorum ideæ, non nisi leviter primo animadversæ, nec deinceps iteratæ, penitus delentur; adeo ut post paucos annos non alia notio, aut recordatio colorum apud eos remaneat, quam in illorum animis, qui cæci nati fuere. Fateor quidem, quorundam memorias adeo tenaces esse, ut prodigiorum instar sint: nihilominus tamen in iis, quorum memoria est tenacissima, & in quibus *ideæ* altissime sunt impressæ, flaccescere & ad interitum vergere videntur; adeo ut, nisi per repetitas sensuum exercitationes aliquando renoventur, aut per reflexionem in objecta, a quibus originem trahunt, characteres paulatim obliterentur, & tandem nihil conspiciendum superfit. Hoc modo ideæ prioris nostræ ætatis, haud secus ac nostri infantes, sæpius ante nos intereunt, atque animi nostri nobis tumulos istos exhibent, ad quos propius quotidie accedimus, in quibus etiamsi æs & marmor superstes sit, inscripti tamen characteres, & imagines omnes temporis diuturnitate interierunt. *Expressæ in mentibus nostris picturæ coloribus exiguis depinguntur*, & nisi aliquoties renoventur, obscuratæ sensim sensimque evanescent. Quas partes in hisce rebus corporis temperamentum & spiritus animales habeant; utrumne ingens illud discrimen a cerebri constitutione proveniat, cur alii inscriptos characteres marmoris instar, alii mollissimi adinstar lapidis, alii haud arena diutius retineant, haud hic loci perscrutabor, licet non improbabile videatur, corporis temperamentum aliqua ex parte in memo-

riam influere; comperimus enim, morbos nonnunquam animum omnibus ideis suis orbare, & febrium ardores, paucorum dierum spatio, omnes istas rerum imagines, quæ non minus perennes esse videbantur, quam si marmori inscriberentur, permiscere inter se, & ad cineres quasi redigere.

§. VI.

Ideæ constanter iteratæ vix amitti possunt.

Circa *ideas* ipsas animadvertere licet, eas, quæ sæpissime iterantur (quarum in numero istæ recensendæ sunt, quæ non uno tantum, verum pluribus modis in animum ingrediuntur) per objectorum aut actionum, a quibus producuntur, crebram accessionem, altius se in *memoria* figere & clarissime ibi diutissimeque hærere; quæ itaque originalium sunt qualitatum corporum, nimirum *soliditas*, *extensio*, *figura*, *motus*, & *quies*; & quæ corpora nostra constanter ferme afficiunt, uti *calor* & *frigus*, atque eæ, quæ omnium propemodum entium affectiones sunt, uti *existentia*, *duratio*, & *numerus*, quod omne propemodum objectum, quod sensus nostros afficit, omnisque cogitatio, circa quam mens versatur, secum adfert; hæ, inquam, atque id genus *ideæ*, vix penitus unquam intereunt; dum mens ullas omnino *ideas* in se retinet (*k*).

§. VII.

(k) Sæpius accidit, quod in nimia senectute redit homo in infantiam, nec ullas retinet ideas. Adagium *bis pueri senes* hoc non exprimit infortunium quam valde debiliter atque imperfecte. Puer mammæ adhærens nutricem cognoscit, & senex ad hunc tristem caducitatis statum redactus, mulierem, & eos qui causa servitutis circa eum extant, minime cognoscit. *COSTE.*

§. VII.

In recordatione mens sæpe actuosa est.

IN secundaria hac perceptione, prout dici potest; aut idearum, quæ in *memoria* reconduntur, iterata contemplatione, *animus multoties aliter, quam pure passive, se habet*, latentium enim istarum picturarum imagines nonnunquam a voluntate dependent (19). Mens sæpenumero in absconditæ alicujus ideæ investigatione semet exercet, & quasi lumen mentis retro in eam flectit, etiamsi nonnunquam eæ sponte sua in animis nostris oriantur, & semet intellectui offerant; sæpissime etiam ab obscuris recessibus, & latebris caliginosis, per vehementem aliquam animi concitationem, in apricam lucem educuntur; affectus enim nostri nonnunquam ideas, quæ alioquin perpetuo ab animadversione nostra seductæ latuissent, nobis in memoriam revocant. Circa ideas etiam in memoria reconditas, & nonnunquam, prout fert occasio, a mente resuscitatas, ulterius animadvertendum est, non solum nullas earum de novo formari, verum mentem etiam illas considerare tanquam prioris impressionis effectus, & cum illis haud secus ac cum ideis olim notis familiaritatem renovat. Adeo ut *ideæ* olim impressæ, etiamsi non semper nobis in conspectu sunt, tamen cum in memoria revocantur, comperimus statim, eas esse, quarum cognitione, utpote prius impressarum, intellectus olim imbutus erat (20).

(19) Quoties in memoriam aliquid revocare cupimus, & omni voluntate vires impendimus, neglecto effectu? contra quoties, aliquid oblivisci, efflagitamus, & tamen memoriæ nostræ continuo vigere videmus? Quid per hoc? non pendet ergo a voluntate, ut ait Lockius, vel saltem non totam repetere a voluntate debemus, ut infra videbimus.

(20) En quod explicatu perdifficile videtur. Quo modo anima ideas habitas suscitat, sibique repræsentat? Quo modo una idea

§. VIII.

Memoriæ defectus, sunt oblivio & tarditas.

MEmoria in animali rationis participe proxime post perceptionem necessaria est; & tanti momenti est, ut, ubi defuerit, reliquæ facultates nostræ nulli propemodum usui sint: nec possemus quidem in cogitationibus, ratiociniis, & cognitione nostra, ultra ea, quæ coram sunt, objecta pergere, sine memoriæ subsidio (21); in qua vero *duo* possunt esse *defectus*.

Primo, ut *ideam* penitus amittat, in quo casu *ignorantia* plane consequitur. Quoniam enim rem eatenus tantum cognoscimus, quatenus ideam istius habemus, idcirco amissa semel idea, nos prorsus in *ignoratione* versari necesse est. *Secundo*, ut tarde moveatur, nec *ideas* in thesauro suo reconditas, ea celeritate in unum convocare possit, quæ ad mentis usus necessaria est. Defectus iste, si in magno sit gradu, *stupiditas* vocatur: atque ille, cui ob memoriæ defectum conservatæ ibi ideæ haud præsto sint, quandocunque iis opus fuerit, perinde ferme se habet, propter *idearum* inutilitatem, quasi illarum expers omnino esset. Qui obtuso adeo ingenio est, ut, dum *ideas*, sibi in præsens

---

idea excitat alteram, quæ associata dicitur, & menti obversari, sentimus? Quo modo nobis palam fit, ideas excitatas nos olim habuisse, neque novas esse? Quo modo retentio a memoria, memoria ab imaginatione, imaginatio a sensatione differre quit? Oh magna perdifficilium, involutarumque contentionum feracitas! Nos autem nostras meditationes hac super re loco suo exponemus.

(21) Falsum. Ratio est, quod ad omnia ab auctore recensita sufficit imaginatio; necessarium non est, quod advertat anima, ideas, quas sibi repræsentat, esse reconditas, & olim acquisitas: statim ac duas habet ideas, comparat, dijudicat, etsi nullo modo possit eas recognoscere, pro eisdem quas antea habuit, aliter imaginatio cum memoria confunderetur.

ſens neceſſarias, in mente ſua inveſtigat, illi interea opportunitas intercidat, haud propter notitiam multum illo beatior eſt, qui penitus rerum eſt ignarus. Memoriæ (22) itaque eſt ſemper animo apparare (*) dormientes iſtas *ideas*, quæ nobis pro re nata neceſſariæ ſunt, atque in eo, ut eas, quandocunque opus ſit, in promptum & ad manus habeamus, illud conſiſtit, quod *inventionem*, *phantaſiam*, & *ingenii acumen* appellamus.

§. IX. Hi defectus ſunt, quos in memoria, ſi unius hominis atque alterius memoriam inter ſe comparamus, obſervare licet. Alter defectus eſt, qui generatim in hominum memoria concipi poteſt, ſi cum aliis quibuſdam intelligentibus ordinis ſuperioris entibus comparentur, qui ea facultate hominibus in tantum excellunt, ut præteritarum actionum ſcenam omnem animis perpetuo ita perluſtrent, atque ſentiant, ut ne ulla quidem vitæ totius cogitatio fugiat illorum conſpectum. Indicium hujuſce rei eſto nobis Dei omniſcientia, qui novit præterita, & futura, & cui abdita ac arcana mentis humanæ aperta ſemper & perſpicua ſunt. Quis enim dubitet, quin Deus quaſdam e perfectionibus ſuis cum glorioſis iſtis ſpiritibus, quorum miniſterio immediate utitur, in quacunque velit proportione communicare poſſit, in quantum entia creata finita earum capacia ſunt. De clariſſimo viro *Paſchale*, cujus ſublime & excellens ingenium prodigii ſimile erat, ferunt ipſum nullius illorum omnium, quæ per totius ab annis ſuæ pueritiæ ævi curriculum feciſſet, legiſſet, aut cogitaſſet, memoriam

(22) *Imaginationis* potius. Memoria eſt major imaginationis gradus. Hæc enim non tantum ideas habitas excitare ut phanthaſia, verum recognoſcere debet, eaſdem eſſe quas antea habuit (15).

(*) Sic vertit *Coſte*. De fournir à l'eſprit. *Thiele* hoc modo, *excitare*.

riam unquam amisisse, donec labefactata corporis valetudo memoriam ejus infringeret. Hoc rarissime adeo in hominibus cernitur, ut illis incredibile videatur, quibus moris est alios ex ingenii sui modulo metiri: hujusce tamen rei consideratio nobis adjumento esse potest, ad cognitiones nostras amplificandas, easque dirigendas ad earum, quæ sunt in superioribus spirituum classibus, longe majorum perfectionum contemplationem. Paschalis enim mens iisdem conclusa erat angustiis, quibus omnes humani animi, quibus ingentem *idearum* varietatem successive, non omnes simul contemplari, datum est. Cum tamen angelorum ordines diversi contemplationes suas latius probabiliter extendant, & nonnullorum animi adeo fortasse capaces sint, ut rerum præteritarum cognitionem omnem complexu suo simul retinere, easque sibimet constanter, una quasi in tabula, exhibere queant. Id, arbitror, haud mediocri emolumento foret cognitioni viri, contemplationi dediti, si posset omnes, quas unquam habuit, cogitationes, & ratiocinia sua, quæ unquam formavit, semper præsentia sibi sistere. Credere itaque par est, hunc unum esse ex iis modis, in quibus ea, quæ in separatis est spiritibus, intelligentia nostram longe superat (23).

§. X.

(23) Argumentamur de eis, quæ sub pedibus sunt, non de quibus superant captum nostrum; meis præcognitis non video quomodo spiritus materia mundatus possit præterita recordari. Observamus hoc fieri nobis per ipsam materiam, quatenus impressiones organo sensorio nostro e rebus externis factæ, exorta quadam analoga mutatione in corpore se ad cerebrum ipsum transmittunt, & recondito quasi loco seponunt. Si ergo, ut diximus, hoc deficiat penus, e quo exhauriantur ideæ, vel ut aufugiamus quæstiones, e quo emergunt signacula & se menti obversando, res antea perceptas excitamus ac denuo videmus, nulla tum perceptio, nulla idearum innovatio quit adesse. Quod Deus in nostro perfectiori statu possit absoluta potentia nobis

omnia

§. X.

Bruta habent memoriam.

FAcultas hæc ideas recondendi, & illatas in mentem conservandi, in diversis aliis animantibus, æque ac homine mihi inesse videtur. Ut alia enim exempla prætercam, mihi extra dubium est, aves istas, quæ hominum vocem modulari & imitari discunt, atque numeros & modos servare summopere nitun-

---

omnia præsentare, & munus nostræ infimæ partis exercere, non est porro qui inficiari queat, at quod spiritus a corpore sejunctus possit percipere, & recordari ex se & per se omni divino auxilio orbatus est, id quod impugnari potest. Memoriam eriri, augeri, diminui ratione stabilitatis, augmenti, decrementique partium, quibus nostra machina conficitur, non nemini constare autumo. En fons memoriæ, en ergo origo, e qua fluunt præterita. Possumus interim memoriam solo, & nudo spiritui tribuere? Nequaquam censeo, ut nec etiam actum cogitationis, ratiocinationis posse haberi arbitror; quam ob rem fas dicere puto omnia post mortem nos in Deo videre, & persentiscere; ille auctor omnium sensationum, nutu porro suo has excitat, renovat, modificat, ac extinguit sentiendi modos. Hinc est, quod statum indifferentiæ, in quo ante redemptionis actum Patriarcharum animæ commorabantur, tanquam Divini Numinis destitutionem habere, & gaudium, quod postea ingressæ fuere, tanquam ipsius supremi Entis effectum credere debemus, quatenus potentia sua ea, quæ beatitudine illos afficiunt præsentat, atque communicat. Demum quod angeli latius, ut ait Lockius, suas extendant contemplationes, si natura nostri spiritus gaudent simili vel quasi simili, quoties nobis concessum veniat eos omnia in Deo contemplari & videre, non negamus. Hæc mea opinio nefas fortasse videtur eis potissimum, qui ad immortalitatis definitionem a **Wolfio**, cæterisque boni nominis allatam standum esse, credunt. Nonnulli enim, ut apud Wolfium invenimus (*V. Conf. Psychol. Rat. p. 657.*) immortalitatem definiunt „ per potentiam perseverandi a morte corporis in sta„ tu perceptionum distinctarum, & conservandi memoriam sui „ at pace tantorum virorum rationem status hujus non invenio si


pro-

nituntur, perceptione esse præditas, ideas in memoriis suis retinere, iisque pro exemplaribus uti. Puto enim impossibile esse, ut voces suas ad sonorum mensuram componere possent, (prout eas facere manifestum est) quarum nullis omnino ideis præditæ sint. Etsi enim largirer, fieri posse, ut sonus motum quendam spirituum animalium in avium istarum cerebris mechanice tunc excitaret, cum quis voce aut fidibus actu canit; posseque motum ad alarum musculos usque ita continuari, ut avis per certos quosdam sonos mechanice fugetur, quoniam illud ad conservationem ejus facit; ea tamen haudquaquam ratio esse potest, cur mechanice, vel dum canitur, vel multo minus postquam cani desitum est, motus talis avi cuidam in vocis organis excitetur, qui eam ad alieni soni modulum conformaret, cum imitatio ista ne hilum quidem ad avis conservationem conferat. Et quod majus est, haud cum specie aliqua rationis supponi (multo minus probari) potest, aves cum hominum voces modulantur, posse, absque sensu & memoria, numeros imitari, heri auditos, & ad illorum mensuram propius propiusque gradatim accedere; qui numeri, si nulla sit istorum *idea* in memoria, nusquam sunt, nec ulla vis aut contentio eos propius afferre potest, adeo ut exemplar sint, quod imitentur. Haud ulla enim ratio est, cur tibiæ soni-

---

pro hac potentia actum perceptionum distinctarum sumunt, non ita si possibilitatem ipsius actus (108. *tom* 1.). Complures autumant, hanc in animæ essentia extare. Quæso interim argumenta; hæc desumere nequeunt a diuturna animæ cogitatione, incertum, ac falsum principium hoc esse putamus (111 *tom*. 1.); nonnulli a vi animæ repræsentativa argui posse, credunt; verum, ut demonstravimus, vis ab effectu, potentia ab actu permagne differt (*ib.*). Gaudet potentia res repræsentandi distincte, at sibi actu repræsentare, negamus. Cæterum quidquid de hoc sit, soluto corpore videbimus.

nitus in illarum cerebris vestigia relinqueret, quæ non primo statim, verum post iterata tentamina, similes sonos producerent ; aut , cur soni ab ipsis facti , haud , perinde atque tibiæ , vestigia facerent , quæ ipsæmet sequerentur, concipi quidem nequit (24).



AP.

(24) Quod Bruta memoria gaudeant extra dubium est. Recensitis ab auctore alia infinita addi queunt , nos omnia relinquimus ex eo quia sunt satis nota . Hoc unum adnotamus , actiones Brutorum non gigni , ut vulgo existimatur ab instinctu , pendent potius a peculiari determinatione , & experientia habita, quæ desinit in *habitum* ; de hoc verum in nostra Meditatione.



APPENDIX
FRANCISCI SOAVE
DE MEMORIA.

CUm ea, quæ ad memoriam primum attinent, auctor (Lockius) indicavisset, rationes pertentare, atque afferre minime curavit. Non pauci post eum in hoc se occuparunt, sed frustra porro, res est ut prius obscura, neque ullum habuit judicium, quod verum, vel saltem probabile existimetur.

Difficultates, quæ primum implicant quæstionem, ad duas potissimum reducuntur. I. Quo modo innovata modificatione, aut repræsentatione per alias vices habita, anima nondum sensationem vel perceptionem habeat iterum, verum etiam, eam se habuisse, internoscat, quod ego *recognitionem*, vel ut vulgo ajunt *reminiscentiam*, appello? II. Quo modo modificationes, vel repræsentationes nobis olim excitatas, quando objecta eas excitantia nondum adsunt, denuo efformantur, & eas persentiscimus? Quod ad primum pertinet, major metaphysicorum pars mirantur sane mysterium, cum animo non illud expedire. Anonymus, Auctor Operis, *Saggio di Psicologia*, nuncupati, a BONETO in opere, *Saggio analitico sulle facoltà dell' anima* citatus, qui facillime hic internosci quit, experitur explicationem suppeditare. „ Ut concipiamus, ait, quod reminiscentia possit modo mechanico explicari, supponere debemus, impressionem a fibrillarum motionibus prima vice animæ productam præcise non esse eandem, quam excitant tempore quo per secundam, tertiam, quartamve vicem, eodem quanquam modo moveantur. Sensatio, quam hæc impressionum diversitas gignit, est quæ dicitur *reminiscentia*. „ At explicatu superest, quonam hæc *diversitas impressionum* resideat. *Bonetus*, huic apprime sensui causam physicam voluptatis a novitate productæ invenire cupiens, ait „ forsan in quadam molecularum resistentia, in quodam fricatus molecularum gradu, vel demum in quodam majori, minorique spirituum conatu contra solidas fibrarum partes, consistere nequiret „? Diversitas impressionis secundæ, tertiæve &c. esset igitur in defectu resistentiæ frictionis prima vice percepto, per consequens anima sibi conscia esse deberet, datam impressionem percepisse olim, cum in moleculis fibras componentibus resistentiam, quam impressionibus omnino

no novis persentiscere solet, minime persentiscat. Hypothesis porro ingeniosa est. At nescio I. quomodo fibra, quæ pro una vice mota, non debeat amplius resistere, & moleculæ suæ non debeant frictionem pati, vel eam tam diversam sustinere. Primo motu confecto, mihi videtur, fibras ad primum sui statum quasi regredi & suas moleculas si eodem modo mutatas, eamdem, vel quasi eamdem frictionem experiri debere. II. At si daretur diversitas, difficile est sane, animam esse ejusmodi diversitatis sibi consciam. Si objectum indifferens video, nullam internam sensationem, neque antea, neque post experior, & si denuo objectum video, asserere minime scirem, me commemorari, id me antea vidisse, quatenus minori frictione fibrillis exorta, minorem voluptatem vel dolorem tum mihi excitasset. III. Si objectum faciet mihi iterum impressionem prima fortiorem, non secus ac si bis sentiam eundem odorem, primum longius, dein propius, ratione majoris impulsus in fibris major erit reactio, per consequens affrictus moleculorum major, & major sensatio. Ex his ergo patet, quod non deberem mihi esse conscium, me hanc impressionem expertum pluries; quando contrarium experientia demonstrat. IV Hunc affrictus moleculorum defectum si concedamus quoque, tum est dicendum, quod cognoscerem, me similes habuisse impressiones, sed minime possem internoscere numerum impressionum, quas habui, quando recordor multarum numerum, & præcisionem. Vi harum considerationum una cum eis, quæ Abbas *Draghetti* opponit (*V. Saggio di Psicol.*) etsi ingeniosa, *Boneti* opinionem refellam.

Ego verum credo, quod *recognitionis* mysterium diverso modo, omni mechanica, atque hypothesi rejecta, possit facillime enodari. Si in personam alias a nobis visam incurramus, sæpius accidit quod imprimis eam non recognoscimus, & in hac ignorantia moramur, donec circumstantiæ temporis, loci, societatis, occupationis &c. in quibus eam vidimus, nobis non suggerantur, vel eorum nosmetipsi non recordemur. Hoc tantum detegit mysterium recognitionis. Quando in observando objectum, sola illius imago se mihi repræsentat, etsi millies vidissem, semper ut prima erit, nec minimam haberem recognitionem, nec minimam reminiscentiam. Tum solum recordor alias vidisse illud, quando una cum sua effigie mihi repræsentantur circumstantiæ, cum quibus antea respexi. Ecqua tum est meæ reminiscentiæ ratio? Simplicissima porro. Me alias vidisse objectum, internosco, ex eo quia mihi quasi duplicatur imago; conjunctam video duobus seriebus inter se diversis, una repræsentationum mihi ab objectis factarum, quæ cum eo simul actu in meis agunt sensibus; altera idearum objectorum, quæ excitantur & cum eo in meis sensibus alias egere. Hæc duplicata objecti effigies a me ha-

habita, vel præcisè loquendo, hæc idea, quam de eo in me sentio, præter suam actualem repræsentationem; hæc vis excitandi, præter sui imaginem, ideam aliorum objectorum, quæ semel mihi adfuere, nec impresentiarum adsunt; hæc mei translatio a memetipso facta a momento actuali ad momentum, in quo hanc objectorum seriem præsentem habui, & mihi conscirem, me esse, me eumdem extare, me objectum tunc vidisse, & quod nunc præsens mihi video, fundamenta reminiscentiæ meæ conficiunt. Si series idearum, quas mihi illud excitabit, duæ erunt; reminiscentiam, me bis illud vidisse habebo, at si ter, ter vel nullam demum, si nunquam respexi (*). Duo autem sunt hic adnotanda. Unum, quando objectum familiare fit, nulla excitatatur series determinata idearum, verum rapidam, habitualemque memoriam, ut ita dicam, variarum circumstantiarum, in quibus illud vidimus, nobiscum reperiemus, & recognitio permagne prompta habitualis evadit (**). Alterum, quando obscuram, incertamque reminiscentiam habemus. In videndo personam alias visam, aliquoties accidit, quod suspendimur animo, videtur, nos eam vidisse, ac nescimus, nos certos esse revera vidisse. Pendet id a levi motu, quam pars mechanica actu agitata communicat partibus, quæ secum alias fuere tam leviter agitatæ, ut impar est, ideam præcisam excitare. At palam est, quod in hoc quoque casu, illud principium obscuræ reminiscentiæ, quam habemus, oritur a sentiendo in nobis, præter personæ præsentis imaginem, aliquid aliud. Revera si stamus ad hunc levem motum, & vim cum attentione ei addemus, sæpius aliquam trahemus ideam, quæ sufficit ad omnes alias excitandas, & ad confirmandam reminiscentiam. Nomen vel parvum aliud signum, lumen effundere reliquis, multoties est satis. Quod igni artificiali accidit, in quo parva scintilla unico intuitu totam accendit machinam, nobis evenire videmus (***). Verum contra omnes adhibitas vi-

(*) At si placet, imagines duplicari, cur potius non dicemus signacula multiplicari ratione objecti visionis & ea animus videndo, se alias vidisse percipiat? Naturalissimum est, similitudinem signorum actu extantium animo indicare ea per vices impressisse, & per consequens objectum indigitatum pluries sensibus suis occurrisse, credere.

(**) Cur non dicatur potius quod ex multiplicitate signorum anima sine angore cernit, & perceptiones renovat celerrime?

(***) Hoc nobis evenire puto propter signa inter se proxima. Quando anima a quocunque principio mota respicit unum senso-

vires sæpesæpius nulla clarescit idea ; tunc in dubio essemus, & obscura atque ut prima incerta nobis remanet reminiscenria. Ex dictis colligimus, reminiscentiam a nulla diversitate pendere, quapropter physica objecti impressio secunda, tertiave a prima non internoscitur, verum ab idearum conjunctarum incitamento unice dependet. Si hæc excitantur clare, certa atque clara est reminiscentia; si confuse, confusa; si nulla eorum adsit, quocunque modo impressio fiat, nulla est tum reminiscentia (a).

---

sorii communis punctum, nequit non præstare attentionem puncto viciniori, non secus ac oculos. Hinc est, quod nos conamur multoties quædam signa animo repræsentare, ut videat scilicet illud, quod proximum est, & sua interest.

(a) Quando hanc opinionem omnino novam reputabam, mihi contigit invenire in secundo *Psychologiæ libamine* Domini *Draghetti* duos relatos textus Patrum *Mako*, *&* *Storchenau*, in quibus ipsi tamen in agnitione enodanda, idem quasi sumunt principium. Proprius amor aliquid sane perdidit, sed eo magis lucrata est veritas, quo magis persuasus sum, ut id quod cæteri pro vero tenent, etsi indicatum potius ab iis, quam enodatum, atque plene demonstratum fuisset, pro vero tenere debeamus. Quod ad hoc refert, dissimulare nequeo id quod his omnibus Abbas *Draghetti* addidit „ In hoc, ait, systemate non videtur prima simplicis recognitionis idearum ratio esse sufficiens ; „ reminiscentia enim hic dependet ab eo quod præter „ ideam rei præsentis, conscia est sibi anima, in se idearum „ rerum absentium seriem vel conjunctionem renovari. At hæc „ conscientia in anima oriri nequit, sensu successionis deficiente, „ & hæc ab ipsa minime haberi potest, ubi deest reminiscentiæ „ sensus. In hoc ergo systemate reminiscentia ab una oritur re, „ quæ ejusdem reminiscentiæ sensum supponit „. Juxta meam mentem superius enodatam, non est idearum conjunctarum renovatio id, quod dat recognoscendi objectum impræsentiarum perceptum, quod alias mihi adfuisset, verum illa ejusdem ipsius objecti idea, hoc est, mihi repræsentando, ut ita dicam, duplam imaginem, idearum transactarum unam, alteram præsentium impressionum seriei conjunctam. Verum id non inficit, me posse successionis sensum non habere, ac nequaquam scire, præsentem imaginem a renovatis imaginibus internoscere. Quod reminiscentia supponat successionis sensum, nequit inficiari. Non credo ideo, quod alia ex parte successionis sensus sensum reminiscentiæ necessario postulet. Video pomum aureum in tabula positum, venit qui ponit secundum, & duo vi-

Si ergo statuæ a *Condillac*, & *Boneto* excogitatæ repræsentabo, quando non habet adhuc præter olfactum, rosam; dein hac sensatione confecta caryophyllum ei offeram, postea jasminum, demum denuo rosam &c. hoc enim pacto, quod prima sensacio antequam altera subintret, ut una cum alia nullam habeat connexionem, obliteretur in integrum; habebit statua alicujus odoris reminiscentiam? Insignes præclarique Metaphysici modo dicti, videntur, sic credidisse, & ego rationibus enunciatis pro certo teneo, nullam adesse reminiscentiam, & ut prima erit illi quælibet sensatio.

Quo modo advertat anima, se impressionem habuisse renovatione unius impressionis, videtur, sat me explicasse. Difficilius est porro evolvere quomodo actualis impressio elapsas excitet. Non commemorabo hic cellulas, in quibus ideæ se ponunt, & e quibus, posita quadam necessitate, promte emergunt, nec sigilla, quibus in cerebro signantur, & ad quæ currat, cum velit anima eas relegere: nec dicam sulcos vel plicas in cerebro factas, & quæ diu constanter durant &c. hæ pulcherrimæ explicationes non merentur, nos in eis commorari. Abbas *Condillac* simpliciter ait, ideas incognito quodam modo ad invicem se ligare, ut & ad invicem se incognite excitare (*V. saggio sull' orig. delle umane cognizioni*). In tractatu sensationum indicare videtur, eum cum *Helvetio* credidisse, motum semel excitatum semper continuoque durare; quo modo per annos vero multos possit non advertente anima adesse, non est sane captu facile; *Bonetus* in investigatione mechanismi memoriæ se ante alios occupavit. Ait ille, fibras, e quarum motu veniunt sensationes, inter se omnes communicare; quando objectum in una fibra impressionem fecit, tendentiam ad eodem motu se movendam reliquisse; per consequens a proxima fibra agitatas, se cum illo determinato motu motæras, & iterum objecti ideam excitaturas: contra fibras, quæ non adhuc objectorum impressiones sentiere, cum illam determinatam tendentiam ad motum minime receperint, nec ad illum certum modum pro motione propin-

---

video poma, iterum venit qui tertium præsentat, & tria percipio: vel alias video pomum aureum, perceptionem suæ figuræ suique coloris habeo; illud ad nares admoveo, additur mihi odoris sensatio; illud libo, & en mihi saporis sensus. In casibus ambobus solam impressionem habeo imprimis, postea duas, denuo tres. Sensus successionis necessario mihi debet adesse. Est enim palam, hunc a nulla renovata idea, verum a simplici novarum repræsentationum, vel modificationum additione illis, quæ mihi nunc durant, pendere. SOAVE.

pinquarum fibrarum determinatum fuerint ab objectis ad hoc dispositæ, aut se nón moturas, vel motum eorum nullam excitaturum ideam Quo modo postea tam ingens fibrarum numerus, quæ sunt non solum ad omnes possibiles impressiones valde necessariæ; verum etiam ad omnem ipsarum gradum, ut ille vult, omnes quantæ sint inter se communicent (omnes enim mediate vel immediate communicare debent, cum quælibet impressio possit aliam cujuslibet generis eodem tempore factas excitare); quo modo motus istarum transeat in illas; quæ sit hæc ad motum tendentia, quam post objectorum impressionem acquirant, quapropter in quocunque modo a vicinioribus fibris agitentur, semper se debeant similiter moveri, & ideas objectorum respondentium excitare; contra ante impressionem toleratam, numquam a fibris viciniotibus debeant moveri, vel si moveantur, nullam excitare debeant ideam, sunt porro arcana, quæ summa, ac perfecta æternaque caligine obfuscantur.

Hypothesim excogitavi. Fibras sensibiles, ut subtilissimos tubulos ab agilissimo fluido compenetratos, instar reticulæ, omnes vero in longum a stratis diversis nodis arundinis similibus conclausos considerabam. Sensationis, ac memoriæ, mechanicam hac hypothesi credebam, me faciliori modo posse enodare. En quod mihi videbatur. Quando quoddam objectum in quadam parte impressionem facit, premens sensibilem fibram, in qua actionem exercet, cogit fluidum contentum, dicebam, ut in longum ipsius percurrat; ab hac impressione fluidum compulsum aggeres in via prorumpit, & a motu suo animæ participato oritur *sensatio*. Si duo, vel plura objecta una simul in diversis fibris agant, diversi excitabuntur effluxus; ruptis obstaculis relativis, hi effluxus incurrent ad invicem in puncta, quæ certam habent rationem inter se, & tot mutuas aperiunt communicationes. Hæ communicationes id, quod appellatur *idearum associatio*, constituunt. Cum accidat, unum ex illis objectis, denuo post quoddam elapsum tempus, super respondente fibra agere, fluidus in illa contentus suum communicat motum illis adhuc, qui extant in fibris, cum quibus hiatus efformavere; & ideæ conjunctæ excitantur. Hoc est, quod reminiscenriæ mechanismum constituit, vel modum, quo unius impressionis occasione, etsi in sensus propria objecta actu non agant, aliæ adhuc associatæ excitantur, fibris, quæ pressionem externam non adhuc senere, motus nequit communicari, ex eo quia hoc impediunt aggeres non jam tacti. En ratio, qua nulla acquiri potest idea, quæ ptius per sensus non fuit acquisita. Si fibra per longum tempus non haberet impressionem, noduli per eam diffusi sese denuo claudent, fibræ sociæ non amplius possent illi proprium communicare motum, & idea respondens nec etiam posset amplius

 exci-

excitari. En modum, quo amittuntur ideæ. Quando inter diversas fibras libera est communicatio, motus ex una ad aliam facile pertransit. En ut per varias concatenationes sæpius ab una ad millenas alias multo impares curritur. Sic reliqua memoriæ phænomena facile enodabam. Verum difficultas solidissima mihi dedit lumen, quo cognovi demum hanc meam hypothesim somnium apprime æquare. Volui tamen aliquam innuere rem, sua enim simplicitas nonnemini servire posset, ut una imago, cui primaria memoriæ phænomena facilius referri queunt, & sub uno puncto reducta majori commodo considerantur.

Quod igitur pro certo tenemus porro est, quod impressiones conjunctim habitæ vel uno eodem tempore, vel cum non interrupta successione, sociantur inter se, & ad invicem inter se excitantur. Quo fiat modo, difficile est scitu. Desideranda est hypothesis, quæ cum præcisione explicet omnia, nec pariat difficultates. Hactenus quam sciam, non habemus; at hoc pro impossibile non teneo.

Superest ut tantum observemus, quod Lockius, ut Abbas *Condillac* monet, vim, plus quam habet, memoriæ tribuit. Ideæ non excitantur quam per associationem, hinc nostrum non est eas quæ nobis placent, revocare. Si unius ideæ occasione efflagitamus aliam revocare, ut si de persona loquimur, & nomen velimus nobis recordari, tum non aliud facimus, quam motum fibris communicantibus, quæcunque sit communicatio, excitandi curam habere. Si hoc, ut sæpius accidit in fibra, cui idea desiderata connectitur, statim excitatur, promptius se repræsentat; si in aliis fibris, ut non raro evenit, excitantur primum, se aliæ ideæ valde diversæ ante omnes se offerunt; si in fibra demum in qua vellemus motum, nunquam expergefiat, ut aliquoties accidit, omni tunc idea nos profecto caremus.

ME-

MEDITATIO

JOHANNIS LEONARDI MARUGJ

De Memoria, Reminiscentia, & Phantasia.

LOckius, ut adnotavimus, postquam de perceptione est locutus, de *retentione* verba facit. „ Hæc est inquit, facultas „ altera, qua spiritus in rerum cognitionem progreditur, quod „ sola perceptione efficere nequiret. Hac facultate simplices ideas per sensationem, vel per reflexionem receptas servat perbelle ac retinet. Hoc duobus modis evenire videmus, „ primo in ideis servandis in spiritum introductis, quæ sunt, „ quodam pendente tempore actualiter præsentes, & *contemplatio* appellatur; secundo potentia revocandi, vivincandique „ eas, ut ita dicam, in spiritu, quæ postquam impressæ fuerint, „ evanuerunt in integrum, & suum visionis punctum effugerunt; „ potentia, qua ideam *caloris*, *luminis &c.* etiamsi objectum earum sensationum absit, retinemus, dicitur *memoria*, „ & est, ut nostrarum omnium idearum *receptaculum* „. Tria hic perpendite paulisper: unum, introductionem idearum in mentem: alterum lituram ipsarum: tertium denique potentiam revocandi, vivificandique eas. Ideæ in mentem introductæ quo modo possunt deleri? Fortasse Lockiano sensu, in quo mens non creditur materia mundata? Quid dicemus, si ulterius caput memoriæ dicatum examinabimus?„ Dicere, quod habeat in me„ moria ideas, inquit Auctor, non aliud indicat, nisi quod ani„ ma in diversis occasionibus habeat potentiam renovandi ideas „ ab ipsa receptas, cum conscientia, eas habuisse olim. In hoc „ sensu, pergit ille, dici potest, nostras ideas memoriæ inesse, „ etsi, præcise loquendo, in nulla parte morentur „. Quomodo hic debeat intelligi, ideas *in nulla parte morari*, concipe si potes. Ideæ mente collocantur. Mens est ne partium expers? Quomodo imprimuntur, quomodo delentur, quomodo vivificantur ideæ? Impressio supponit partes, ut & litura supponit. Vivificatio, actus potentiæ in objectum. Hactenus concipere nequimus, quomodo unum ens possit esse objectum & subjectum suæ facultatis. *Subjectum* quatenus habet vim vivificandi, *objectum* quatenus in seipso hanc exercet vim. Si animi non fallor, hæc, idearum complicatio, ex qua manifesta contradictio oritur, hic adinvenitur profecto. Dicet fortasse, mentem materia con-

conflari? Dicant, quæso, fautores ejus, qua ratione ille dixit, *in nulla parte morari*? Si recte video, postquam statuit in mente ideas, quæ non sunt, ut hic ait, præter perceptiones (a), debet intelligi, morari in quo partes deficiunt. Et ne fautores ejus in angoribus ponamus, prætcrimus hic quidquid objici posset circa visionis punctum, quod idea, juxta Auctoris sensum, aufugit. Nemo enim concipere potest quo modo ideas in mente collocata ipsius mentis acumen aufugiat; omittimus quoque ab eis expetere rationem, cur eadem facultas, eadem vis, idem actus, eademque mens, nunc possit, nunc nequeat revocare, ac vivificare ideas, si omni tempore insunt, & in mente reperiuntur? Videtur sane, quod cum sit in mente semper ratio eadem, qua agat, semper idem effectus emergere deberet. His omnibus omissis, brevi videmus, an Lockius vim imaginatricem agnoscat, & quid per eam intelligat. Deinde ad nostram deveniemus opinionem.

Vim imaginationis apud Lockium non inveniemus explicite a memoria diversam. Sed quod mirum est, videtur ei forsan, ideas vivificatas olim habitas, quod ad memoriam attinet, & simpliciter eas quasi dormientes animo instruere, unum idemque esse (§ *VIII. lib.* 11.). Nos adnotavimus ibidem, quod phantasiæ est, animæ repræsentare quod sensibus fuit olim perceptum, non attendendo ad modos, neque ad qualitates, quibus fuit acquisitum. Ego loquor, scribo, machinas conficio, aliquid quod dicitur novi adinvenio, quid tum efficio? Nihil aliud quam meas ideas in cerebro, tanquam in capsula repositas, pandere, & ordinatim ante mentem instruere; hinc notas considero, sejungo, compono, & *unum quid* conficio. Hoc confecto, si a me postulatis, quibus ideis co feci, & quomodo eas acquisivi, respondere nesciam; idem ne in memoria accidit? Nequaquam. Recordor, me pomarium introisse, & flores, fructus, plantas vidisse. Statim ac mihi obversatur aliquid pomario, floribus, fructibus, plantis a me visis apprime simile vel quasi simile, statim dico, me hujus ideam habere, nam hoc illudve vidi, & fortasse circumstantias omnes, quibus ea vidi, enarrabo. Patet ergo, quod memoria supponit series circumstantiarum; non ita

(a) Dicimus *ut hic ait*, nam alibi (93. *tom.* 1.) adnotavimus diverso sensu ideas ab illo sumi in nonnullo hujus tentaminis loco. *Omne illud, quidquid demum sit, quod menti obversatur, cum cogitat*, pro illo idea est (*V. Introd* §. *VIII. tom.* 1.), & alibi scripsit: *Quidquid animus in seipso percipit, aut immediatum est objectum perceptionis, id IDEAM voco.*

ita phantasta; per consequens recentiores unam ab altera sejungunt. At sequamur Lockium.

Observavimus, quod ille scripsit „ memoriam esse facultatem, „ qua vivificantur ideæ animæ impressæ cum conscientia alias „ apprehendisse „ pergit deinde „ memoriæ itaque est semper „ animo apparare dormientes ideas „. Ad duo hic est attendendum. I. Quod memoriæ est ideas animo apparare, per consequens juxta illum, est quid ab animo diversum. II. Quod memoria est potentia vivificandi ideas in mente, quamobrem est quid diversum a memoria, quæ ideas animo instruit. Si nostræ meditationes alicujus momenti sunt, est dicendum, Lockium aliam considerasse facultatem, quæ etsi a memoria fluat, verum eamdem memoriam non esse, & *phantasiam* communiter appellari. In quo differat, juxta eum, actus mentis in præteritis ideis excitandis, cum conscientia olim nactas fuisse, ab actu ipsius mentis, quo animo simpliciter eas instruit, non est tam facile hic determinare. Tenebras densissimas undique video, & cum ratione dubito, accurate hoc effecisse propter opinionem de natura animæ ab eo pervulgatam: verum quidquid de hoc sit, sublimioribus metaphysicis relinquo, & ad meam opinionem enodandam accedo.

En simplicissima animæ operatio, quando de quadam re reminiscimur, recordamur, atque ens rationis exequimur. Cupio, me nominis alicujus recordari; desiderium hoc emergit ex ratione quadam, quæ a quibusdam aliis objectis mihi animo repræsentatis eruitur. Hæc animæ voluntas animam ipsam in actione ponit, actio se in cerebrum pandit, fibrillas, in quibus sunt signa reposita, vivificat, atque tendit, sicque animæ acumini plura obversantur. Quo confecto, rapide sua revidet anima, & se figit ibidem in quo notas, characteres objecto requisito respondentes adinvenit. Duo dantur occursus; vel statim se in objectum ipsum determinat, & illud ratione signi claritatis videt; vel non. Primo casu actus animæ in cernendo signum dicitur *memoria*, secundo *reminiscentia*. Quamobrem rectius ait Genuensis, ut adnotavimus, reminiscentiam esse actum, memoriam habitum. Quando anima pluries signum objectum quoddam repræsentans respexit, & punctum, in quo est locatum, adnotavit, ut & signorum series quæ undique illud circumdant, postquam fibrillas vivificavit, recto, dicam, tramite ei impingit acumen; series signorum enim, ac eorum cognitio pro duce animæ inserviunt, & objectum videt ac sibi denuo repræsentat, eoque celerius efficit quo pluries series percurrit, & signa ipsa adnotavit. Videtis ergo, quod actus ad habitum reductus, hoc est actus animæ in promptius percurrendo series signorum, & singulare invenire, *memoriam* constituit. Videtis pariter, ad eam potissimum requiri. I. Quod clariori modo signa impressa extent.

II. Quod cum ſignorum ſerie objectum comitetur. III. Quod anima pluries ſeriem ipſam percurrat, atque vivificet. IV. Quod voluntate ejus ſtatim fibrillæ cerebri tendantur & ſigna contenta animo repræſentent (*b*): Ad reminiſcentiam redeamus: Idem mentis actus, qui memoriam perficit, ſed habitu orbatus eſt, conficit reminiſcentiam. Paulifper hic meditamur; cupio recognoſcere objectum, quod mihi obverſatur mens mea ad illa currit, ſi aliquid in ſignis adinvenit, quod ſit objecti characteribus ſimile, in eo ſe figit, contemplaturque; confert notas cum notis, obſervat ſeries reliquorum ſignorum an reſpondeant accidentibus objecti vel ſignis enarratis; poſt quamdam attentionem adhibitam, ſi ſigna ſignis objecti reſpondentia in cerebro invenit, concludit, ſe percepiſſe, vidiſſe, audiviſſe objectum, &c. eoque celerius id arguit, quo plura ſimilia in eo percipit. Vides ergo, quod attentio illuſtrat ſigna, quæ non ſolum ob ignorantiam loci, quo erant ea locata, verum etiam ex difficultate movendi fibras, quæ tempore elapſo ejuſmodi uſum amiſerunt, nequit anima videre abſque quibuſdam ſpirituum impulſibus repetitis, ac ſui ipſius conatibus (*c*). En ergo ratio, qua reminiſcentia dicatur actus, & memoria habitus: En qua multoties celerius,

(b) I. Si ſigna deficiunt, vel clariori modo non extent, e quo debet anima objectum arguere, & ſibi tanquam præſens habere? En ratio, qua ſolum recordamur objectorum antea perceptorum, & eo facilius, quo pluries eorum ſenſationem habuimus, ex eo quia fortius ſigna impreſſere. Vides rationem qua memoria deficit eis, qui cerebri fibrillas adeo duriores habent, ut impreſſiones modo neceſſario ſuſcipi nequeant, vel adeo molliores, quo amittant ſtatim, & deleantur characteres, ac ſigna &c.

II. Aſſociatio ſignorum eſt, ut iter undique clauſum, e quo animus peregrinus ſe extra nequit ducere.

III. Eſt animæ habitus, de quo (*v. tom.* 1.)

IV. En ratio, qua homines torpidi, ſpiritibus orbati, vel non juſta elaſticitate præditi tardam memoriam habent. Actu voluntatis moventur ſpiritus, & ratione energiæ, quam hi habent, fibras adimplent, & vivificant.

(c) Animus eſt tum peregrino ſimilis; uſque dum quædam veſtigia non apprehendit, non poteſt ad ſcopum pervenire; hæc veſtigia duobus modis ei præſentantur, vel quatenus adhibita attentione arguat anima, ea vera eſſe; vel quatenus propria vi fibrillas cerebri tendat, ut poſſit impreſſiones contentas in integrum ſibi repræſentare. Uterque actus non conficitur ſine quibuſdam animæ conatibus, & ſpirituum impulſibus, ut luculentius patet.

rius, multoties tardius reminiscamur, qua requirantur signa, quibus internæ excitentur, & comparentur ideæ: qua denique præter attentionem reflexionemque nequeat objectum internosci.

Plura hic objici possunt, sed omnia systemate nostro superari posse censeo. Quod majoris momenti videtur, est sane, quomodo anima possit arguere, signum, quod impræsentiarum in cerebro insculpatur, idem non esse, quam illud olim insculptum, & qua ratione diversitate temporis eadem objecta novam gignant ideam, adeo ut videat anima inter primam & secundam impressionem ejusmodi diversitatem, & dicat, hæc est primæ similis, sed non identice eadem. Si hoc enodare possumus, magnum reminiscentiæ, memoriæque phænomenon esse evolutum, autumo; hoc efficere molior: an vestræ expectationi, mea respondeant cogitata, vos ipsi judicate.

Haud obstandum esse, arbitror, si cum gravi metaphysicorum parte statuimus, ope actionis objectorum in organo sensorio factæ, & per nervos in cerebro continuatæ quasdam oriri mutationes, quæ etsi infinitesimæ debeant reputari (*d*); attamen cum mutationes sint, animus pro ejusmodi percipiat, & ad earum causam referens, objecta in eis videat, & cum eis confundat (*e*). Si hoc concedi potest, ut est rationi consectaneum, omnia facillime pervolvam. Videamus itaque. I. An pro diversitate temporis objecta ipsa in cerebri fibrillis diversam gignant mutationem. II. An anima hanc internoscat diversitatem, & ad impressiones olim habitas referat. Hoc evoluto, ad reliqua pergamus.

I. Quando nobis aliquod objectum præsens est, oriri debet in organo sensorio nostro quædam mutatio, quæ in cerebrum, in eam potissimum partem, sensorium commune appellatam, transit, figitur, animæque obversatur. Hoc a nemine, quodcunque systema sectetur, puto, non posse inficiari. Mutatio cum aliud non sit, quam passio, ejusque partis, vel melius effectus actionis objecti repræsentati, erit quoque effectus illius vis, qua objectum agit in organo & mutationem inducit. Omnis vis modificatur ratione subjecti, in quo operatur; ergo pariter mo-

(d) Quæstio est, an detur divisio in infinitum; affirmative nonnulli, nonnulli negative disceptant. Si pacato animo hac super re meditamur, conscientia, non sacris perducti ad affirmandum ducimur; alioquin turbam mathematicorum contra nos concitaremus. Ecquid esset de infinitesimorum doctrina, divisibilitate in infinitum eversa?

(e) Oritur ex habitu associandi ideas cum quibusdam signis, ac mutationibus, de quo vide (*1 tom. 1.*)

modificari debet effectus. Quam ob rem, quando lubenter concedi velit, vim objecti exercentis omnino eamdem esse, quod impugnari ratione modorum, quibus compositum gaudet, facillime potest, remanet ut videamus, an subjectum sive organum sensorium, & hinc sensorium commune tam in prima, quam in secunda, tertiave impressione, in eodem statu permaneat, vel in novum pertranseat.

Etsi concedamus, ut paulo ante indicavimus, quod diversa directio, qua operentur objecta, pro situ, tam absoluto quam relativo, ut & specialis determinatio, quum agentis tum patientis, nam omnia imperturbabili fluxu ruunt, & compositum ob infinitos, quos habet modos se semper sibi simile non invenitur, rem, effectumque non alterent, tamen propter statum a prima impressionum mutatum, diversas præpostere oritur mutatio, & hinc habita ratione ad objectum & ad modos, quibus fit, erit porro diversa. Si nos scabellum videmus, nobis illud repræsentamus; qua confecta repræsentatione, aliud primo perfecte simile nobis obversetur, videtur tum, quod in eis internoscimus similitudinem, sed non identitatem intrinsecam, vel ut cum scholis loquar, sunt scabella eadem *respective*, non *absolute*. Quod diximus quoad totum, quoad partem dicemus. Status fibrillarum post toleratam impressionem non idem porro est: ut redeat ad pristinum, opus est eadem vi, æquali ac opposito modo omnibus eisdem circumstantiis agente; quis vero audet asserere hoc in fibris evenire? Ergo status sensorii communis diversificatur prima, secunda, tertiave impressione, idem objectum parit diversum effectum, si semel, bis, ter &c. in organo sensorio agit, & per consequens mutatio non ut a prima diversa habetur, verum ut non intrinsece eadem.

II. Ab exemplo allato ne nos semoveamus; nos internoscimus, idem non esse scabellum, etsi simile, si ante oculos obversentur simul. Cum intendimus ergo lumina, scabella videmus, & differentiam percipimus, non secus statim ac impressio alicujus objecti fit in organo, anima percipit, & sua revidet; per consequens necessario advertit, sensorii communis statum ab impressione productum statui ante impressionem, etsi similem, veruntamen non eumdem esse. Videt ergo diversitatem primi, a secundo effectu ab eodem objecto excitato, & diversam habet perceptionem; videamus modo, an hæc diversitas possit animæ indicare, quod objectum alias vidisset, & quoties vidisset.

Quocunque modo perpendere velimus mutationes, semper debemus in eis considerare modos, quibus una ab altera differat; hi modi diversitatem mutationibus suppeditant, quapropter anima ab impressione objectiva excitata sua videt, & internoscit affectionem præposteram, ut & primam, nam semper pars sen-

sorii

sorii communis remanet alterata, atque depressa, vel parvo quantumvis momento mutata. Videt ergo anima aliam similem mutationem in cerebro adesse, per consequens eam actû habitam habere primæ similem, & eandem esse respective non absolute, ut modo diximus. En ergo conscientia animæ præhabitæ perceptionis, & ratio, qua ejusdem objecti imaginem alias vidisse internoscit; propter habitum acquisitum arguit caussas ab effectibus, ergo viso effectu omnino simili ei, qui a determinato objecto excitatur, concludit idem objectum olim eam produxisse mutationem; & per consequens conscia est, alias idem vidisse.

Duobus modis anima nostra potest objectum commemorare vel quando percepto objecto, internoscit, se alias illud vidisse, vel quando quoddam signum, aliudve objectum sibi obversatur. Primus animæ actus pendet tantum a perceptione mutationum in sensorio communi, ut modo enodavimus, secundus ab habitu. Anima facultatem habet suas ligandi ideas, ita ut a signo excitetur, quod nullam habeat connexionem cum idea excitata. Id fit propter habitum acquisitum. Ulterius, ne ab opinione P. Soave recedamus, est dicendum, quod mutatio exorta a contemplatione cujusdam circumstantiæ semper proxima est ei, quæ cum eadem circumstantia fuit percepta; & per consequens anima ab ejusmodi mutatione advocata, ad quasi sua videnda, revidet ea, quæ sub uno perinde puncto sibi repræsentantur, & ideo objectum ipsum olim perceptum. Nihil meæ opinioni officit, tarditas, qua multoties recordamur, etsi circumstantias, quibus aliqua sunt conjuncta, perspecte teneamus. Tum est dicendum, quod tempore præterito, habitu amisso, spirituum deficientia, characteres, quibus apprime conveniebant ideæ, sint obliterati, aut quasi obliterati; quapropter anima nullam relationem observat, vel tam parvam, ut debeat reflexionis ope eam internoscere.

Quod pertinet ad numerum. Possumus duobus modis eum considerare, vel quatenus est infra certos strictosque limites contentus, vel extra eos; primo casu possumus perspectas habere perceptiones habitas, & eas quasi numerare, non ita in secundo. Etsi minima pars Encephali dispesci quit in minimas & denuo in minimas in infinitum, attamen ut sit sensibilis mutatio ab objectis extrinsecis exorta, requiritur subjectum, in quo fit, sensibile, aliterque confunderetur cum non mutatione; hinc vides, quod si mutationes habitæ in sensorio communi infra certum numerum reducuntur, tum partes, quæ subjectum constituunt, sensibiles servantur, ideoque mutationes distincte percipiuntur, & earum numerus internoscitur; econtra confunderetur, etsi percipiatur novam non esse mutationem, attamen internosci nequit mutationum numerus; una enim cum alia, propter quanti-

tita-

titatem, confusa inveniretur. Pro expletione meditationis hujus non superest quam de imaginatione disceptare, & ut in integrum absolvatur munus ea brevitate, qua possumus, contemplamur; hac super re in opere, quod fortasse in lucem daturi erimus, cui erit titulus *Anatome intellectus humani*, plura dicemus.

Redeamus ad infantiam, & vi imagitativa imaginativam ipsam enodemus. Ex utero matris ad lucem devenimus; sensus nos admonere incipiunt de eis quae nobis circumstant: Facultate, qua anima insignitur, mutationes productas ab objectis organum sensorium nostrum ferientibus ad objecta ipsa referre inchoamus, provectiores factos, mater, anicula, parentes sermocinationibus nos tenent; lepidissimas fabulas enarrant: hominem ab homine jugulatum describunt, mortuorum, ac spirituum apparitiones hoc illove loco constituunt: millena phantasmata repraesentant, & multoties, nescio qua voluptate, vel impatientia nostri ejulatus perducti, ipsa phantasmata fingunt, & manibus tangere, oculisque nostris nobis videre faciunt. En igitur magna idearum collectio, en ingens signorum farrago, en denique chimericarum repraesentationum semina in cerebro constituta. Cum nequeat interim spiritus noster non videre quae in cerebro collocata sibi praesentantur (f) idearum, vel signorum seriem percurrendo, insensibiliter vehit quo illum signa ipsa perducunt (g).

Quam ob rem si minima circumstantia, vel a quovis principio externo excitatur signum quoddam in sensorio communi locatum hoc

---

(f) *V. adn.* 92. *t.* 1.

(g) Series circumstantiarum, quibus percipitur objectum, cum objecto ipso in cerebro locatur, & quasi sub uno puncto commoratur. Cum ergo anima suum dirigat acumen ad unum earum seriei terminum, totam respicit seriem, & rapide eam contemplando percurrit. Hinc est, quod voce *Silva* mihi recurrunt locus variis arboribus consitus, rugitus ferarum, cantus avium, umbrarum horror, & multoties latronum insidiae, quae omnia in silva esse, vel auscultavi, vel vidi. Dum Eneas precibus victi Turni flecti incipiebat, vidit balteum Pallantis a Turno uccisi, ipsum Pallantem sibi animo repraesentat, & ira ac furiis accensum immolat Turnum, ajens . . .

. . . Turne hinc spoliis indute meorum
Eripiere mihi! Pallas te hoc vulnere, Pallas
Immolat, & penam scelerato ex sanguine sumit,
(*V, Virg. Æneid, lib. XII.*)

hoc sibi attrahit a attentionem (*h*), quæ propter idearum, vel signorum nexum huc illucve fluctuans, nunc has, nunc illas percipit notas, nunc ad varias proximasque attendendo, ut conjunctas considerat, nunc media elidendo, præsertim si non secus animæ se præsentata, notas a notis sejungir, & objecta truncata vel permagne aucta percipit. Hinc est, quod si per loca obscura ambulamus, vel nos ibidem detinemus, cum animæ attentio ab objectis extrinsecis non deturbetur (*i*), tota in penetralibus suis retracta, non videt præter ea, quæ excitat locus, obscuritas, strepitus ipse, vel quodcunque aliud signum (*k*), & multoties spiritus animales agitari, & perturbato modo, huc illuc se ferentes, quædam signacula movent, quæ etsi nullam legitimam connexionem habent, veruntamen, cum in scena veniant, anima ea videt, & actu ut existentia percipit. Adnotate paulisper hic ad vos ipsos redeuntes: anima hoc casu objecta extra se posita eadem non inveniet, quæ intrinsecus, ut ita dicam, videt, sed multoties valde diversa. Adnotate, ad signum e quodam accidente externo commotum anima adhæret, pedetentim, quasi filo directa, a nota ad notam, ab objecto ad objectum, insensibiliter progreditur, & primo relicto, ad ultimum seriei terminum pervenit. Adnotate, hic, quod, ut externatam se invenit, & iter confectum non advertens, e quo profecta fuit non internoscit, & tanquam insulatam se respiciens præter punctum, ad quod adhæret, non videt. Adnotate demum, quod ad tempus, ad loca, ad circumstantias non attendit, etsi tempus, loca, circumstantiæ ipsæ primum sibi signum excitaverint, & per ea signa, quæ secunda primis respondent, actualiter fluctuet. Quid interim? Quid quid hunc animæ actum excitat, dirigit, perficitque, vis est quæ *imaginativa* dicitur; id quod absque objecti occursu repræsentatur, *phantasma*; & actus repræsentandi hoc modo objecta *imaginatio*; potentia, cui inest ipsa vis, *phantasia*. Quid sit potentia, quid vis, quæ phantasmatis ratio, ex dictis facile concipi potest.

Nescio an omnibus placeant notiones hic datæ circa potentiam, actum, & vim phantasiæ. Ut plurimum confusa ab auctoribus

(h) Si sua interesse credit; hac de re (*V. tom.* 1. *pag* 241.)

(i) Quando novæ excitantur mutationes, anima ad sua videnda valde cauta, se ad illam majoris momenti ducit, per consequens reliqua negligit, non ita si minime deturbetur, ad objectum defixa detinetur, & illud contemplatur.

(k) Quid videt nisi quod ei præsentatur (108. 111 *tom.* 1)? Quid præsentatur, nisi id quod in cerebro adest, & a quodam accidente concutitur?

bus hæc omnia inveniemus, & non desunt qui potentiam imaginandi cum memoria ipsa confundunt, ut non deficiunt qui totam materialem credunt. Si considerantur imagines animæ præsentatæ quatenus a vi materiali immediate excitentur, ut modo dicemus, hi recte materialem hanc vim appellant; si postea perpenditur actus animæ in percipiendo, non absque ratione quoque illi afferunt cum memoria debere confundi. Quid aliud anima efficit in imaginando, quam percipere quæ sibi parantur? Quid in commemorando, quam percipere objecta ante percepta, cum conscientia habitæ perceptionis? Quod unum ergo ab altero actu differt, ut censeo, conscientia est præteritæ perceptionis; at conscientia hæc eruitur non ab anima, sed a signis quodam modo modificatis, ut vidimus; per consequens non modificat actum perceptionis. Revera quid obstat considerare, quod modificationes conscientiæ animæ non præsentantur, eoque magis, quia nullum occurrit ei objectum extrinsecum, quod possit cum signis intrinsecis comparare, & eis attendendo conscientiam habitæ perceptionis eruere, potissimum si nihil sua intereft? Hinc videtis, quod sicuti duobus modis nobis possumus perceptiones excitare, 1. objectis, signis extra nos positis, 2. cogitatione, & melius voluntate, qua cupimus hoc illudve nobis repræsentare; ita in imaginatione accidit. Si mihi occurrit Homeri versus, vel aliquid aliud quod sibi animæ attentionem attrahendo, possit mihi voluntatem excitare imaginandi, vel repræsentandi *Ulyssem* actu, quo cupit ad castra ducere *Achillem*, & hinc furorem istius contra Atridem propter Briseidem Achilli ipsi ab Atride creptam, possum sola voluntate omnes furoris notas mihi excitare, ut & omnes rationes, quibus ad eum spectat præda, qua quisque est armis potitus, & Achilli, cujus imago mihi menti adest, tribuere. Quid tum efficio? Imperio voluntatis spiritus, qui animales dicuntur, vi qua possum moveo, & ibidem quo furoris signum est positum, nimirum effectuum, quos ab homine irato produci, observavi (*Ξ. tom.* 1.) nec non rationum series nactæ potestatis, vel dominii in alios, per reflexiones in cerebro insculptas jacet, impello, atque incognito quasi modo dirigo. Hi in cerebrum ruentes ipsas fibrillas tendunt, quæ quasi enodatæ, characteres tam furoris, quam potestatis unius in alterum animæ repræsentant. Hic anima cernit otii ac laboris notas, periculi bello tolerati, ac inertiæ characteres: præmia illius, ac istius pœnas vel amissionem, quæ dicuntur tributa; & omnia personæ Achillis addendo, vivum eum excogito, & meo ratiocinio, atque furore præditum effingo. Hinc est, quod illum mihi repræsento his verbis ajentem: „ En dicta quæ simpliciter tibi reddo, Ulysses; frustraneæ sunt preces, inutilia consilia, quibus me ad castra ducere pertentas,

non

non est inter vos, qui ad pugnam me impellere possit, nec ipse *Agamemnon*. Pro ingrata gente effundere sudores irritum est. Honores, merita, præmia, & cui otio languescit, & cui patitur multo, impertiuntur æqualiter. Strenuus ac vigilans una simul cum vili confunditur: æque jacet criminosus ac bonus. Quid mea, si labores, casus, pericula ego primus duravi? Ingentes fuere prædæ, nec inhonoratæ exuviæ, quas Iliacis armis abstuli, & omnia ad castra, me stultum! portavi; *Atrides*, qui non dum a navibus duxerat pedem, potitus est omnibus, sibi meliora retinuit, Regibus, ac ducibus reliqua divisit, ea omnes quot quot sunt in integrum pace possident, ego ego solus, cui proprium ereptum, mecum mea ipsa non invenio: mulier, quam amore adamavi, apud se est, & mea gaudet captiva. Quid ergo? sit ei, & vivat. Tantum exposco, cur cum Teucris gens dimicat Græca? Non est fortasse *Helena* tot armorum origo? *Atridæ* tantum itaque proprias uxores adamant? Omnium æque interest sponsa; ego etsi captivam, permagne *Briseidem* reputavi. Sin placuit illi mihi eripere eam, & fraude viliori uti, non amplius me stimulet. Ille, ille pugnet, qui inter *Achiva* arma dum me mistum respiciebat Achillem, a Laris recedere nesciebat, nec fuit pedem ducere ausus. Ultra fagum semel, semel pertentavit me ibidem spectare, at cum vidisset in se me ruere minantem, fugam arripuit, & se furori meo abscondit, hæc dicta Ulysses tu simpliciter expones, nec iram, qua exardesco, dissimulare debes. Scio, equidem scio, etsi cane pejus sit impudens ille, quod nunquam audebit suum in me tendere lumen. & frustra me lenire conabitur. Unus sufficit dolus... (*l*)

Ex dictis sequitur quod pro feraci phantasia, spiritus requiruntur mobiles, copiosi, elastici, nec non signa numero in cerebro insculpta, & fibrillæ promptæ, ac momento spirituum sensibiles. Hinc videtis, qua ratione bilioso, ac sanguineo tempera-

(l) Celebertima est furoris descriptio, quam legimus in Virgilio. En ea

... diræ ferro & compagibus arctis
Claudentur belli portæ, furor impius intus
Sæva sedens super arma, & centum vinctus ahenis
Post tergum nodis, fremet horridus ore cruento.
(*V. Æneid. lib. 1. v. 291.*)

Hic Virgilius sibi repræsentat furorem tanquam hominem, qui vinculis circumdatus se ira magna dilaniet, & ea omnia, qua ejusmodi homini conveniunt, furori applicat.

peramento præditi vividius imaginent; qua ratione cibi, potus qui spiritus adaugent, & mobiles reddunt, ad phantasiam conferunt; qua ratione idearum farrago, sensibus vel reflexionibus acquisita eam sustinet; qua ratione denique, quidam habitus, & nervorum irritabilitas ad imaginum repræsentationem requiratur (*m*).

CAP.

(m) Habitus supponit non solum promptitudinem in spiritibus, verum etiam in fibrillis ipsis. Videtis ergo quod quando motu suo spiritus fervent, a voluntate animi concitati plura in cerebro reposita pandunt & menti ipsi obversantur. Anima hic non attendendo præter ea quæ in se sunt, non arguit an fuere necne percepta, & ut nova sumit. *Potentia* ergo, qua imaginamur, ipsa animæ facultas est, qua percipimus; *vis* ipsius actio; *actus* ipsa perceptio; & *phantasmata* signa rerum sensibilium vel insensibilium in cerebro præposita; *ratio* denique hujus signorum repræsentationis est animæ voluntas nobis exorta e quodam accidente, quæ voluntas movet spiritus, & ad punctum ab ea præfixum dirigit. Hic voluntatis actus distinguit poetarum imaginationes ab illis delirantium, dormientium, quæ ab irruente spirituum motu tantum progignuntur; ab intrinseco enim principio concitati ad cerebrum ruunt, & nesciente anima, enodant signa, & ei repræsentant. Sed hac de re fusius in nostra meditatione de somniis &c.

C A P. XI.

De facultate discernendi, atque aliis operationibus mentis.

§. I.

Nulla est cognitio absque ea.

ALtera est facultas mentis, quæ *discernit*, atque *ideas* suas a se invicem distinguit. Haud satis est, ut quædam generatim & confuse concipiantur: nisi animo inesset distincta diversorum objectorum, & horum qualitatum perceptio, haud multarum rerum cognitionem assequeremur, etiamsi ea, quæ nos afficiunt, corpora, non minus, quam nunc sunt, actuosa forent, & animus semper cogitationi operam daret. Ab hac facultate unam rem ab altera distinguendi, multarum propositionum generalium, quæ in veritatum ingenitarum numero habitæ sunt, *evidentia* & *certitudo* dependent; quoniam homines haud veram causam cernentes, cur propositiones istæ omnium assensionibus comprobentur, illud congenitis impressionibus uniformibus tribuendum putant; cum revera illud *pendeat a clara hac discernendi facultate animi*, per quam duas ideas easdem aut diversas esse percipit. De hoc vero fusius mox.

§. II.

Discrimen inter ingenium & judicium.

QUantum imperfectio *ideas* accurate a se invicem discernendi dependeat ab ineptitudine, aut vitio organorum sensus, aut defectu acuminis, exercitii vel attentionis in intellectu; aut præcipiti isto præproperoque ingenio, quod quibusdam hoc vel illo præditis temperamento naturale est, haud hic examinabo: notare sufficit, hanc unam esse ex operationibus istis, quas animus intus in se animadvertere potest. Ceterum ejus momenti est ad alias cognitiones acquirendas, ut, in quantum facultas hæc in se hebes est, aut ea non recte utimur ad res a se invicem distinguendas, in tantum notiones nostræ confusæ sint, ac perturbentur ratio & judicium, atque in errorem abripiantur. Si celeritas ingenii in eo consistat, quod *ideas* in memoria promptas semper paratasque habeamus (25); in eo, quod non confusæ sint, quodque alterum eorum, in quibus vel minimum est discrimen, ab altero dijudicare possimus, maxima ex parte consistit accuratum illud judicium, & lumen rationis, quod in uno multo præstantius, quam in alio, esse cernitur. Atque hinc fortasse ejus rei, quæ vulgo observatur, ratio aliqua reddi potest, cur nimirum homines, in quibus magna vis ingenii est, & memoria prompta, haud luculento adeo judicio, aut ratione alta præditi sint (26). Cum enim minus sit *ingenii* ut plurimum ideas con-

---

(25) Vox *ingenii* late patet; sæpius nonnulli universum facultatum viriumque mentis complexum intelligunt; at strictiori sensu nihil aliud significat quam facultatem & promptitudinem mentis, qua res facile comparare, & rerum similitudines introspicere possumus.

(26) Pendet sane ab habitu hoc, illove modo acquisito.

congerere, easque inter se celeriter, magnaque varietate connectere, in quibus similitudo aut congruentia quædam reperitur, ut picturæ amœnissimæ & venustissimæ imagines eo pacto in phantasia depingantur; contra *judicii* munus est, *ideas* istas, in quibus vel minima reperitur discrepantia, diligenter a se invicem sejungere, ne forte illarum similitudine, aut affinitate decepti, rem aliam pro alia sumamus. Hæc methodus longe ab ea diversa est, qua in metaphoris & similitudinibus utimur, in quibus venustas magna, & suavitas ingenii est, ad sensus permulcendos: quapropter omnium voluntates ideo allicit, quod veneres ejus primo intuitu appareant, nec cogitationis contentione aliqua opus est, ad istius veritatem aut rationem discutiendam. Animus haud ulterius prospiciens, picturæ jucunditate & venustate imaginis semet oblectat; atque indignum & iniquum videretur, si quis ad veritatis aut rationis rectæ normam illud severius exegerit; unde manifestum est in aliquo consistere, quod non penitus iis conforme est (27).

(27) Non est sane laudandus, qui utitur similitudinibus causa novas explicandi ideas. Quamquam faciliori modo possimus sic nostras enodare cogitationes, attamen non est id, quo rectas ideas efformare debemus. Omnes similitudines in quadam parte deficiunt, nec perveniunt ad perfectam relationem, quæ debet adesse inter ideas & res. Qui imaginationem sermonibus feriunt, & rapiditate, qua verba pronuntiant se retro trahunt, sunt celeberrimi loquutores, qui multoties habiliores existimantur, plaususque extorquent. At differt sane, cogitare recte ac scire propria excogitata aliis venditare, sint ea necne vera, justaque. Conveuit comparationes adhibere, metaphoras, vivasque imagines, invenire, quodam certoque ordine eas disponere; hinc est, quod has ab objectis familiaribus, ac notis in animum deductas, animus rapide concipit, & postquam arguit præcipitanter convenientiam suæ relationis, credit concipere res ipsas, quæ pro illustratione inserviunt. Hinc fit, quod imaginatio

§. III.

Ubi ideæ sunt claræ tantummodo, non sunt confusæ.

AD accuratam *idearum* noſtrarum diſtinctionem imprimis conducit, ut *claræ* ſint & *determinatæ*: quando ita ſe habent, nulla circa eas *confuſio* aut *error orietur*, etiamſi ſenſus (prout nonnunquam faciunt) eas diverſimode pro occaſionum diverſitate ab eodem ſubjecto haurirent, atque ita errare viderentur (*). Etiam-

natio pro vera ſcientia ſumitur, & pro veritate tenetur quod lepide jucundeque fuit enunciatum. En maxima errorum fargo; en cauſa, qua doctrinæ hoc modo expoſitæ complures adinveniunt ſectatores; en denique e quo ſyſtemata phanraſtica oriuntur. Quid aliud hypotheſim Platoni ſuggeſſit, quod animæ nebulam corpoream eas offuſcantem pro ideis recuperandis continuo depellant, prærer Cryſtallum, quod ſuum nitorem acquirit, ſi abſtergatur? Nonne lapis, qui characteres inſculptos recipit, ſervatque, anſam ſuppeditavit, ut crederet Carteſius ideas, indelebiliaque principia eſſe animæ a natura inſculpta? Speculum, ſi recte video, in quo ad unguem objectorum imagines videmus, dedit, quo explicaret Malebranchius animam omnia in Deo videre, nec ſecus ac Leibnitius ideam monadum Univerſum repræſenrantium. Sonus chordarum harmoniacarum fecit, quod *Robinet* fibras ſenſibiles intellectuales, & volitivas tenſas in cerebro, & inter ſe tertiæ quintæque reſpondenres ſupponat. Duorum iſochronorum horologiorum conventio Wolfio Leibnitioque indigitavit harmoniam præſtabilitam inter motiones corporis, & animæ cogitata. Recte igitur ſapientes homines e ratiocinio, abſtractioribus præſertim ideis translata, vivaſque imagines, & generatim omnes imaginationis conatus eliminarunt. Quam ob rem diligentia animadverſioque requiritur pro librorum lectione, qui magno ingenio, caloreque exarati fuere, ut Helverii, Vulteris, Rouſſeaux, aliquorumque complurium, ne a ſuperficiali nitore decepti quæ nihil aliud quam ſomnia ſunt, vera divinaque credamus. Non intelligo hinc imagines, translataque omnino e ſermone proſcribere, tantum ajo, in philoſophicis ſcientiis locum eas obtinere non poſſe, ſi recte ratiocinari velimus.

(*) *Coſte* ſic vertit. *Bien* diſtinguer nos idées, c' eſt ce qui

Etiamſi enim vir ſebri laborans, a ſaccharo, quod alio tempore dulce eſt, ſaporem amarum traheret; amari tamen *idea* in viri iſtius animo æque clara foret atque ab *idea* dulcis diſtincta, ac ſi fel tantummodo guſtaſſet. Neque duæ *ideæ* dulcis & amari eo magis confunduntur, quod ejuſdem generis corpus alio tempore unam, alio alteram *ideam* per guſtum producit; quam confuſionem parit in *ideis* duabus albi & dulcis, aut albi & rotundi, quod eadem portio ſacchari ea ſimul in mente producat. Atque *idea* coloris citrei, & cærulei, quæ in mente producuntur per eandem portionem infuſionis *ligni Nephritici*, haud minus diſtinctæ ſunt *ideæ*, quam eæ ejuſdem coloris, quæ a duobus corporibus producuntur (28).

 §. IV.

---

qui contribue le plus à fair qu'elles ſoient *claires & déterminées*; & ſi elles ont une fois ces qualités nous ne riſquerons point de les confondre, ni de tomber dans aucune erreur à leur occaſion, quoique nos ſens nous les repréſentent de la part du meme objet ſi diverſement en differentes rencontres, (comme il arrive quelque fois) qu'ainſi ils ſemblent être dans l'erreur.

Per conſequens „ bene noſtras diſtinguere ideas, eſt quod „ permagne confert, ad illas *claras* ac determinatas reddendas; „ ſi has habent qualitates, nos haud eas confundere debemus, „ nec earum occaſione in errores ruere, licet noſtri ſenſus ex „ eodem objecto nobis tam diverſe in diverſis occurſibus eas re„ præſentent (ut multoties accidit) quod ſic videntur in errore „ extare.

(28) Complures vocabulo decepti, claras & diſtinctas ideas pro ſynonymis habent. Carteſius, Leibnitiuſque non ſine ſufficiente ratione claram ideam in diſtinctam, & confuſam diſtinxerunt. Cum rem quampiam nobis repræſentamus ita, ut poſſimus ab omnibus aliis rebus dignoſcere, tum nos idea clara gaudere, dicimus. Si poſtea rem ita repræſentamus, ut nequeamus eam ab aliis rebus ſufficienter diſcernere, tum obſcuram ideam de re ipſa habemus. Exemplum allatum a celeberrimo *Bilfingero* dicta confirmat; propriis verbis afferam. „ Statue te in medio centum Oratorum, in ambitu circuli æqualibus intervallis diſtributorum, & voce alta, ſed æquali ſermones habentium.

Per-

§. IV.

Comparatio.

ILlarum inter se *comparatio*, cum respectu ad extensionem, gradus, tempus, & locum, aut alias quasdam circumstantias, altera est operatio mentis circa ideas suas, atque ab ea pendet ingens iste *idearum* numerus, quæ sub *relatione* comprehenduntur; quarum de numerosa familia tractandi ansa post dabitur.

§. V.

Percipies omnium voces, nulla enim ratio est, cur alteram magis quam alteram percipias, & nihil tamen intelliges. Fac ut unus eorum utatur tubo stentorio, & reliqui pergant, ut antea, vel impone reliquis silentium, aut jube, ut submisse admodum loquantur, centesimus vero pergat alta, ut prius, voce; percipies clare, quæ dicentur (*V. Epist. Amoebæis de harm. præstab.* §. 6.) Primo casu nobis vocem obscure repræsentamus, in secundo clare. Ex idea clara oritur idea distincta, vel confusa, etsi Lockius ipse contrarium consideret. En locum nostræ reflexionis, ait Auctor. quod idea si est clara, non sit confusa; errat sane. Aliquid aliud requiritur pro idea distincta, quæ confusæ opponitur. Si quampiam rem nobis repræsentamus clare; tum possumus ipsius notas, characteresque percipere, vel e contra. In primo casu ideam distinctam habemus, confusam in secundo. Exempla ab auctore allata non ostendunt præter ideam confusam, quidquid afferat, vel afferere curet. Idea *coloris*, *saporis*, quæcunque sit, confusa est, ut & confusæ habentur omnes sensuales repræsentationes. Ponamus, dulce vel fel te gustare, odorem rosæ vel hyacinthi te sentire, nec non colorem rubrum, vel cæruleum videre &c. Est ne tibi idea distincta dulcedinis, amaroris, odoris rosæ, vel hyacinthi; ut & coloris rubri, cærulei &c.? Nequaquam porro. Dic, si fallor, characteres, quibus una ab alia sensatio sejungitur. Invenite nequis. Hinc est, quod philosophi affirment, „ *repræsentationes sensuales, quatenus tales sunt, esse confusas*. Et ratio est: id, quod sensibus percipimus est omnimode determinatum, nec ea, quibus corpora sunt involuta, possumus nos enodare. Vides ergo, quod Auctor male asserit, posita claritate idearum, ipsarum distinctionem adesse, si possumus rem clare percipere, sed non distincte, ut hactenus diximus.

§. V.

Bruta res inter ſe comparant, verum imperfecte.

QUantum bruta animantia hujus facultatis in ſe habeant, indagare difficile eſt; credo, nonniſi debilem iſtius gradum illis ineſſe. Etiamſi enim probabiliter varias ideas habent ſatis inter ſe diſtinctas; hæc mihi tamen videtur intellectus humani prærogativa eſſe, quod, quando *ideas* aliquas ſatis inter ſe diſtinxit, adeo ut percipiat eas plane diverſas eſſe, & conſequenter duas, poſſit ſecum conſiderare & contemplari, in quibus circumſtantiis comparationis ſint capaces; quapropter cenſeo, *bruta* haud *ideas* ſuas inter ſe comparare (*l*), niſi ſecundum ſenſibiles tantum quaſ-

(l) *Aux ſpectacles de Rome*, ſic in Plutarchi fide ait Montagne. (*V. lib.* 11. *ch. XII. tom.* 11. *p.* 270. *Edit. de la Haye* 1727) *il ſe voyoit ordinairement des Elephans dreſſés à ſe mouvoir & danſer au ſon de ſa voix, des danſes a pluſieurs entrelaſſeurs, coupeurs & diverſes cadences tres difficiles à apprendre.* Fortaſſe dicetur, animalia hæc non comparare ideas, quas ſibi ipſis ex tot ejuſmodi motionibus formant, quam habita ratione ad quaſdam circumſtantias ſenſibiles, ut ad ſonum vocis, qui omnes ſuos paſſus dirigit, determinatque? Sit. Sed quid dicetur de his Elephantibus, qui eodem tempore, ut addit Montagne, *en leur privé rémémoroient leur leçon, & s'exerçoient par ſoin & par étude pour n'etre tancés & battus de leur maitres?* Repetebant illi lectionem ob ſenſibiles circumſtantias eiſdem objectis adhærentes? Nequaquam: ex eo quia eorum ſenſus nequibant affici a quodam objecto, ut Plinius (*V. Hiſt. nat. L.VIII. c.* 3.), qui idem factum refert, non ſecus ac Plutarchus, nos certos reddit, *certum eſt*, inquit ille, *unum* (Elephantem) *tardioris ingenii in accipiendis, quæ tradebantur, ſæpius caſtigatum verberibus, eadem illa meditantem noctu repertum.* Hic Elephas ſpiritu minus vivaci præditus, ſuam repetebat lectionem, nocte durante, per conſequens erat longe nimis in comparando ideas habi-

bita

quasdam circumstantias, objectis ipsis annexas. Alteram istam *comparandi* potentiam, quam in hominibus observare licet, quæ pertinet ad *ideas* generales, atque

---

bita ratione ad sensibiles circumstantias cuilibet externo objecto adnexas. En exemplum, quod consequentiam hanc confirmat. Videte in ultimo §. capitis præcedentis, quod Lockius de quadam ave inquit. Hæc cantiunculam quamdam apprehendit, & a se ipsa gradatim suæ vocis modulationem illi cantiunculæ conformat, cujus modificatio non remanet quam in sua memoria. Ego habilem musicum agnovi, qui cum auscultavisset porro prima vice cantiunculam, in posterum eam ruminabat, & exacte renovabat hanc novam consonantiam sonus, cujus nullum exemplar remanebat quam in memoria. Si vos interrogavissetis eum, ecquam differentiam inveniebat quo ad hoc, inter eum ac lusciniam, nulla ratione habita ad modulationem cantiunculæ illius, quæ prius fuit ei præsentata, ille canit ejusmodi non secus ac canere auscultavit, vobis absque dubio respondisset, quod nullam videbat differentiam, vel si realiter esset, nesciret eam indicare, & si habuisset spiritum ut tactus esset a penetratione & *MONTAGNE* novitate *Nous devons conclure de pareils effets, pareilles facultés, & de plus riches effets, des facultés plus riches, & confesser par consequent que ce même discours, cette même voie que nous tenons a ouvrer, aussi la tiennent les animaux, ou quelqu'autre meilleure* (*Essai de Montagne lib.* 11. *ch. XII. p.* 55. *Tom. III.*). At sicuti acertissimi philosophi huc usque non pervenere, videbatur, quod illi optime effecissent, si adhæsissent illuc. Hæc sapiens ignavia magis eos condecoraret, quam omnis metaphysicæ sophismata, quæ nunquam inserviunt pro præcisa enodatione alicujus naturæ arcani. Atrepta occasione recordor, quod cum Lockio verba faciens *de ideis innatis*, ei hoc objeci. Quid excogitabat de quibusdam minimis avibus, *ex. gr.* Carduelis, qui crescit in nido, quem pater materque effecere, evolat denique per campos pro pastura invenienda, absque matris, vel patris cura, & sequenti anno scit invenire atque legere materialia omnia, quibus eget, ut construat nidum, qui sua arte est factus, atque constructus pari, majorive ingenio, quo fuit ille, ubi adolevit? E quo venere illi ideæ materialium tam inter se discrepantium, & artis, qua nidus construeretur? Acerrimum mihi responsum dedit *Je n'ai pas ecrit mon livre pour expliquer les actions des bêtes*, Responsum

atque ad ratiociniorum abstractionem tantum utilis est, brutis haud inesse puto (29).

§. VI.

Compositio.

PRoxima operatio, quæ in mente circa *ideas* suas observatur, est *compositio*, per quam varias e simplicibus istis, quas a sensatione, & reflexione recipit, inter se conjungit, atque ex iis *ideas* complexas efficit (30). Sub compositione etiam *Ampliatio*

---

sum est optimum, & titulus hujus libri *Tentamen philosophicum De intellectu humano* ostendit clare ejus soliditatem. At ego potuissem ei urbane dicere, quod e suo responso sequitur, *qui n'appartient pas à l'homme de fixer, de déterminer les causes, & les limites des facultes des bêtes*. Hæc conclusio, quæ statim videtur nimis generalis, & per se aliquantisper adulans, tangit eos, qui dogmatice hac de re sunt ratiocinati, non obstante enim omni conamine, quod effecere philosophi, & adhuc efficiunt, ut suas enodent decisiones, ratiocinia non inserviunt eorum huc usque, quam novas quæstiones producere & rationes non validas ad satisfaciendum hominem intelligentem, qui cupiens se erudire pro nihilo habet incertas, arbitrariasque suppositiones, quæ pro fundamento tenentur. Imbecillitas humani spiritus ejusmodi est, ut se minus dirigat ad ingentem numerum rerum, quas ignorat, quam ad illas, quas scire credit, & realiter non internoscit. COSTE.

(29) *V. Medit. nostr. de anim. brut.*

(30) Hæc est facultas animæ, ut paulo ante diximus, hoc est ligare inter se ideas, ac componere. Exempla allego; Video plura individua, colligo in unum, & dico, si rationalia sunt, *societatem*; si irrationalia *manaram*, *gregem*; & idea gregis, societatis composita est cum idea plurium individuorum sive rationalium, sive irrationalium. Ulterius video omnia convenire in quibusdam characteribus; hos characteres compono, & unam ideam complexam sisto, *ex. gr.* video, quod animalia vivunt, associatur hic idea animalis cum vita, statim ac mihi repræsento characterem viventis, mihi repræsento ideam animalis. Hæc compositio tota ab attentione pendet, & multoties ab educatione qua spiritus quasdam componit ideas. Romani cum idea boni Civis componebant ideam herois, vel eorum, qui ponunt amorem patriæ post amorem sui. En verba *Condillac* quæ referre permagne prodesse puto „ Fiat, quod educatio assuescat, nos verecundiæ infamiæque ideam, cum idea vitæ in-
„ ju-

tio contineri poteſt, in qua etiamſi compoſitio haud æque conſpicua eſt, ac in magis complexis nihilominus variarum *idearum* complexio eſt, ſed ejuſdem generis. Ita plures unitates ſimul conjungendo, numeri duodenarii *ideam* conficimus, & ex plurium perticarum *ideis* iteratis, ſtadii *idea* oritur.

§. VII.

Bruta haud res inter ſe multum componunt.

IN hoc etiam bruta ab hominibus longe ſuperari puto. Quamvis enim in ſe recipiant, & ſimul retineant varias *idearum* ſimplicium complexiones, ſicut fortaſſe figura, odor, vox domini ſui faciunt complexam iſtam *ideam* Domini, quæ eſt in cane; vel potius tot diſtinctæ ſunt notæ, per quas eum dignoſcit: haud credo tamen, eos ex ſeſe iſtas unquam componere, atque *ideas complexas* efficere. Atque fieri poteſt, ut, ubi putamus, eas *complexas ideas* habere, unica tantummodo ſimplex *idea* ſit, quæ eos in plurium rerum cognitione dirigit, quas fortaſſe minus, quam nos opinamur, per viſum diſtinguunt. A fide enim dignis accepi, familiare eſſe canibus ubera ſua catulis vulpinis præbere, cum iis ludere, atque eadem indulgentia, qua catulos ſuos, eos tractare, ſi tamdiu canem ſuxerint, donec lac ejus eorum corpus

---

„ juriæ ſuperſtiti ligare: idea animi præſentiæ, atque virtutis „ cum idea ſibi vitam tollere, vel eam exponere pro deſiderio vitam auferre alteri, a quo injuria fuit paſſus; duo hic „ præjudicia erunt, primum quod conſtituit Romanorum honorem, ſecundum quod per totam Europam vagat. Hæ aſſociationes ætate plus minuſque ligantur, augenturque: Vis, quam „ temperamentum acquirit, paſſiones quæ contrahuntur, & ſtatus, qui eligitur, confirmant nodos, ſecantve „. Carteſius magnam contraxit inclinationem erga eos, qui torvos oculos habebant, non alia ratione, quam propter mulierem, quam oculos hoc modo habentem imprimis adamavit. Compoſuit idea ſpeciei, cum idea luſcioſorum. En affectuum potentia in ligandis ideis.

pus penitus permeaverit. Atque animalia ista, quæ multiplices fœtus simul procreant, numeri illorum penitus ignara esse videntur; etsi enim ægre illud ferant, si quis in illorum conspectu aut auditu fœtum quendam iis abstulerit, si unus tamen, aut illorum duo absentibus ipsis, aut sine strepitu (*m*), sublati fuerint,

---

(m) Nescio an idem dici posset de *tigride*, quæ magnum natorum numerum habet: quoniam si accidit, quod sint, se absente, ablati, continuo huc illuc currit, donec deregit ubi sint. Venator equitat laxis habenis, postquam sumsit eos, & sibi proximam credens tigridem, unum relinquit, nam fremitum audit; morsu eum illa sumens in suum ducit lustrum, dein majori rapiditate regrediens alterum sumit, quem ambulando iterum relinquit venator, & iterum atque iterum id efficit, donec raptor in navem, quæ prompta est in ripa, conscendit, & plenis velis se amovet; tum tigris furore plena videtur ex eo quia non potuit ei tollere filios, quos fert secum ipse raptor. Plinius hoc nobis obtestatus est; en propria verba: *Totus tigridis fœtus, qui semper numerosus est, ab insidiante rapitur equo quam maxime pernici, atque in recentes subinde transfertur. At ubi vacuum cubile reperit fœta (maribus enim cura non est sobolis) fertur præceps, odore vestigans; raptor, appropinquante fremitu, abjicit unum e catulis. Tollit illa morsu, & pondere etiam ocyor acta remeat, iterumque consequitur, ac subinde; donec in navem regresso irrita feritas sævit in littore* (*V. Hist. Natur. lib. VIII. c.* 18.). Ad recte judicandum de tigride circa id quod in hac occasione efficit, mihi videtur, eam percepisse, numerum natorum diminuisse. Quoad calculandi facultatem inficiari nequit nonnulla bruta ad quemdam gradum eam possidere. *Susæ* boves contestantur, hi enim ad centum usque numerant. Hoc de facto referam duas *Montagne* reflexiones ab auctore cordato relatas. *Nous sommes*, ille ait, *en l'adolescence avant que nous sachions compter jusque a cent, & venons de decouvrir des nations qui n'ont aucune connoissance des nombres*. Boves isti centum circulos precise efficiebant, causa formandi sulcos, per quos aqua fluens irrorabat Regis pomaria, nec potuerunt unum passum ultra statutos facere. Quo modo utuntur, ut ad centum usque hi numerent? Ego nihil de hoc scio, & si animi non fallor, nostri pergnagni Algebristæ *BEROULLIUS*, & *MAJURIUS* non possent

rint, haud jacturæ istius, & diminuti numeri sensum aliquem habere videntur (31).

§. VIII.

---

sent unquam hoc medium invenire, vel saltem certo scire, se illud invenisse. Adest quoque Carduelis, de quo præcedenti nota sum locutus, qui postquam construxerit nidum, parit, incumbit, & natos nutrit admirabili æqualitate (intendi volo, *æquitate*, at homo, superbum animal, nam raro æquus, mihi hoc verbum non condonabit), nutrit eos, ego dico, omnes singulatim; unicuique in circulo, nullo neglecto, suum suppeditat cibum. Numerans fortasse in hoc munere justitiam exercet? Si numerat, quo modo numerat? Ego nihil amplius scio. Quid cogitamus demum de maris turture, quæ positis in ripa ovis, arenulis tegit, ubi solis calor, quadraginta diebus elapsis, eosdem recludere facit. Hoc veniente die, redit turtur quo reposuit ova causa ducendi in mare natos. Numerat illa quadraginta dies? *ELIEN* id confirmat, at unus ex suis illustrantibus sustinet, quod turtur hoc non efficit, quam per instinctum (*Instinctu naturæ*. *SCHEFLETUS c. 6.*) magnum verbum quod nihil exprimit, vel exprimere debet directionem certam, constantem, firmam. Quod ad me, qui nolo cum his illustrantibus pugnare, sum dicere contentus, quod turtur percipit exacte temporis spatium a nobis *quadraginta dies* appellatum, elapsum esse quando it ad inveniendos natos. Ad hoc spatium apte calculandum oportet, nos ad Almanacchum recurrere. Turtur nec Almanacchum nec aliud illi simile, quod sit mihi notum habet. Quo modo internoscit, tempus hoc esse confectum? Non est nobis divinare. Bruta specierum omnium a Deo recepere facultates, quibus egent illa pro sua conservatione, & ea ad hoc ponunt usum. Non interest nostrum limites, ac earum facultatum causas percipere. Nostra refert, internoscere, perficere facultates, quas Deus majori profusione, quam ceteris Terræ habitantibus est nobis largitus, & illis optime uti. Si magna ingenia, nostrique philosophi, qui possent lumen nobis hoc de opere largiri, occupent se ad ratiocinia, ad exarandos libros super brutorum anima, e propria sphæra egressi, reflexionibus se donarent, quæ inanis verbis insensibiliter ducerent eos ad chimericas, vel saltem nimis incertas conclusiones. *Hæc meta laborum*, si datur conjectare ex factis, quod debeat evenire. *COSTE*.

(31) Adinventi fuere populi, qui ultra tertiam unitatem non numerabant. (38, *tom.* 1.)

§. VIII.

Nominis impositio.

Cum per iteratas sensationes *ideæ* in puerulorum memoriis designtur, signorum usum paulatim discunt. Et quando ea sunt peritia, ut sermonis organa ad formandos sonos articulatos adhibere possint, *vocibus uti* incipiunt, ad ideas suas aliis significandas: signa hæc nonnunquam ab aliis mutuantur, nonnunquam ipsimet effingunt; prout videre est in novis istis ac inusitatis nominibus, quæ in primo sermonis usu rebus a puerulis imponuntur (32).

§. IX

(32) Statim ac infantes animadvertunt, quod res extra se positæ in organis sensoriis agunt, mutationem productam sentiunt, incipiunt ope attentionis unam ab alia mutatione discernere, impulsusque animi ad differentiam istam concipiendam, enunciandamve habere; quam ob rem oritur ex attentione colligatio idearum cum quibusdam motionibus organorum nostrorum, & ex eo quia reliquis organis agilior est lingua, experiuntur suis motionibus ligare ideas vel sensationes e rebus externis excitatas & eas nominibus peculiaribus signant. Hinc est, quod si ab aliis edocti sumus, vocabula modo faciliori sumuntur, econtra difficiliori. Hæc est ratio, qua barbari, vel insulani, qui ut plurimum arctiori vocabulorum numero gaudent, minorem idearum numerum servant, hoc est propter defectum signorum, cum quibus differentiam possint ligare, memoriæque sistere. Quod hac super re est adnotandum, ut alibi ait Lockius (*V. Guida dell' intell.*) verba non sunt ad arcendas res efformata, verum ad detegendas. Videtis ergo quam permagne errant qui articulant voces sensu cassas; concessum mihi veniat inter has voces referre *qualitates occultas*, *formas substantiales*, *species intentionales &c.*

§. IX.

Abstractio.

Cum vocabulorum usus in eo consistat, quod *idearum* internarum notæ sunt externæ, cumque ideæ istæ a rebus particularibus desumantur, si omnis *idea* particularis, quam recipimus, peculiari nomine signaretur, necessario nominum infinitus esset numerus; huic malo ut occurrat, efficit animus, ut ideæ particulares ab objectis particularibus receptæ, generales fiant; quod facit, eas considerando quatenus entia sunt in intellectu, separata ab aliis omnibus existentiis & circumstantiis realis existentiæ, uti temporis, loci, aut aliarum quarundam concomitantium *idearum*. Hæc vocatur *Abstractio*, per quam *ideæ* ab entibus particularibus sumptæ, omnes, quæ sunt ejusdem generis, universaliter repræsentant, & nomina earum generalia possunt ad omne ens applicari, quod abstractis ejusmodi *ideis* conforme est. Præcisas & nudas istas species in animo intellectus, haud considerans, quo modo, unde, aut quo comitatu eo pervenerint, adhibet (nominibus communiter iis annexis) tanquam exemplaria, ad reales existentias in classes disponendas, prout cum archetypis hisce conveniunt, & ad eas deinde juxta *denominandas*. Ita eodem colore hodie in creta aut nive animadverso, quem animus heri a lacte recepit, eam speciem nude considerat, perque eam omnia repræsentat, quæ sunt ejusdem generis; impositoque ei *albedinis* nomine, per sonum istum qualitatem eam, ubicumque esse concipitur, aut reperitur, semper designat; atque hoc modo universalia, sive ideæ sint, sive termini, fiunt (33).

§. X.

(33) Ideæ abstractæ sunt notiones universales, nec existunt nisi in individuis; nos sensationes habemus, quæ non sunt præter mu-

§. X.

Bruta haud abſtrahunt.

SI in dubium vocetur, utrum bruta hoc modo ideas ſuas certo aliquo gradu componant & amplient: hoc diligentiſſime tenendum puto, haud illis ineſſe *abſtrahendi* potentiam, & homines in hoc plane a brutis differre: & illis facultatum excellentia longe præ-

---

mutationes organis ſenſoriis noſtris ab objectis externis excitatas, & ab anima ſibi repræſentatas. Hæ ſenſationes ideas efformant particulares, & quoniam mens percipit relationem & differentiam, ſiſtit ſibi, ut modo diximus (32) notas, in quibus conveniunt objecta, vel diſconveniunt, quapropter attendendo ad characteres, negligit eos, qui non conveniunt inter ſe, ſumitque quos conveniunt, & unam efformat ideam, quæ dicitur abſtracta, vel univerſalis. Talis eſt idea generis, ſpeciei, quæ non abſolute,& in ſe exiſtit, ſed tantum in individuis particularibus. Primæ noſtræ ideæ fuere omnes peculiares. Peculiares functiones erant, quas pro modificationibus noſtrum vel pro qualitatibus objectorum, quibus eas referebamus, perſpectas habuimus. „ Omnes hæ ideæ, ait Abbas *Condillac*, quo melius ne„ mo hac ſuper re ſcripſit (*V. Jagg. ſu l' origine dell' Um. cogn. Arte di penſare*) realitatem repræſentant; non ſunt enim, „ ut vera dicam, quam hoc, illudve ens hoc illove modo modifica„ tum. Nos nullam rem in nobiſmetipſis comprehendimus, quam „ non reſpiceremus tanquam propriam, ad ens noſtrum pertinen„ tem, vel tanquam efformantem ipſummet noſtrum ens, hoc illo„ ve exiſtendi modo determinatum. At cum mens noſtra ſit „ arctioribus limitibus circumſcripta, ut complures modificatio„ nes reflectat, unico actu, quas in uno objecto detegit, ſucceſ„ ſive contemplatur; hinc a proprio ente ſeparat, & realitatem „ eis omnino aufert. De nihilo reflecti nequit, ſecus eſſet idem „ quam non reflectere. Quo igitur modo hujuſmodi modifica„ tiones ſumptæ, tamquam ſejunctæ abſtractæque ab ente ad „ quod pertinent, & cum quo non participant, niſi quatenus ſunt „ ibidem circumſcriptæ determinatæque, objectum noſtrarum cogi„ tationum poſſunt efformare? Hoc fit ex eo quia eas continuo

„ re-

præstare, quod generales ideas habeant. Perspicuum enim est, bruta nullis indiciis ostendere, se notas generales ad *ideas* universales exprimendas, usurpare; unde concludere licet, haud illis inesse facultatem (*n*) abs-

„ respicimus tamquam entia. Mens nostra, quoties in proprio „ objecto considerat, cum assueta sit ad eas concipiendas cum realitate, a qua sejunctæ & distinctæ minime tum extant, hanc „ realitatem, per quam potis est, adhuc quando a proprio objecto eas distinguit, cum iisdem conservat. Sibimet sane adversatur. Ex uno latere has modificationes respicit nulla „ habita ratione proprio enti, & tum nihil sunt; ex altero, „ cum nihil comprehendi nequeat, tamquam aliquam rem concipit, & sic realitatem, qua ab initio eas comprehendit, etsi „ amplius non conveniat, in attribuendis iis continuo perdurat. Uno verbo ejusmodi abstractiones quando præter ideas „ particulares non erant, cum idea entis sunt colligatæ, & hoc „ vinculum continuat.

„ Etsi impar hæc sit contradictio; necessaria tamen est. Si „ mens enim est circumscripta nimis, in amplectendo una simul ens, suasque modificationes, perbelle conveniet, ideas „ abstractas formando, eas distinguere, etsi omnem realitatem „ quam habent modificationes amittant, attamen congruet in „ eis eadem concipere, secus objectorum suæ reflexionis nunquam efformare posset „. Quapropter videtis compositionem ab abstractione non differre, nisi per actum. Juxta Lockium, compositio non pertinet quam ad ideas simpliciores. abstractio ad compositas. Mens componendo sumit quod simplicissimum considerat, & cum alio ejusdem naturæ conjungit; abstrahendo quod est compositum, & sub uno aspectu concipit, omittendo reliqua. Ego autumo, melius dici posse, quod actus mentis determinat differentiam. Si respicit ideas tanquam simplices in objecto sibi repræsentato, etsi composito, abstrahit; si respicit tanquam simul conjunctas, etsi sint eædem, componit, ut meditantibus patet.

(n) Non esse potest, quod canis, postquam est cervum insecutus, & incidit in alius cervi vestigia, eumque sequi recuset, internoscat per quamdam abstractionis speciem, quod hic ultimus cervus sit animal ejusdem speciei, quam primum, etsi non idem cervus? Mihi videtur, quod unusquisque deberet nimis esse circumspectus in judicando hoc de articulo satis involuto.

In-

abstrahendi, aut generales *ideas* efficiendi, quoniam haud vocum, aut aliorum signorum generalium usum habent.

§. XI. Nec organis, quæ minime sint idonea ad formandos sonos articulatos, vitium illud tribuendum est, quod nullum habeant usum, aut notitiam vocum generalium; cum videamus animalia multa posse tales sonos edere, & voces distincte satis pronunciare, etiamsi haudquamquam cum aliqua ejus modi applicatione. Contra homines, qui propter defectum aliquem in organis vocibus carent, universales *ideas* suas per signa exprimunt, quibus nominum generalium loco utuntur, qua facultate alias animantes haud præditas esse novimus. Quapropter opinemur oportet, in hoc brutorum species ab hominibus distingui, atque eam propriam esse differentiam, in qua penitus separantur, quæque efficit, ut toto, quod ajunt, cælo a se invicem distent. Si animantes enim istæ ullas omnino ideas habeant, & non mera sint automata, seu puræ machinæ, (ut nonnulli asserunt) tunc dici non potest, eas rationis penitus expertes esse. Mihi æque manifestum videtur quasdam ex iis nonnunquam ratiocinari, ac quod sensum habeant; illud vero fit in particularibus tantum *ideis*, prout a sensibus illas receperunt. Illarum solertissimæ intra hos-

---

Internoscitur, perbelle quod non solum bruta aliis alius speciei causa ratiocinii præcellunt, sed extant quoque quæ ratiocinantur majori penetratione, quam reliqua ejusdem speciei. Ego canem observavi, qui tempore hyemali expellebat reliquos canes, qui circa ignem se vespere collocabant; & quando non poterat ille commodo majori quam alii se sternere, extra cubile incedens, eos provocabat, ejusmodi tono ita ut omnes ad se attrahebat, hoc confecto promptius cubile ingrediebatur, & apud ignem nutu suo se collocabat absque pœna aliorum canum, qui elatrabant, & post aliquem diem, vel hebdomodam, idem efficiebant. *COSTE*.

ce angustos limites concluduntur, nec *habent* (ut opinor) *potestatem* (o) eos per quoddam abstractionis genus ampliandi.

§. XII.

Idiotæ & amentes.

QUantum defectus aut debilitas aliquarum aut omnium prædictarum facultatum *ad idiotas* pertineat, manifeste sine dubio compareret, si modos diversos, quibus vires ingenii deficiunt, accurate animadverteremus. Illis enim, qui vel tardius percipiunt, vel ideas in animis receptas male retinent, quibus haud in promptu est, illas excitare aut componere, paululum saltem materiæ suppetit ad cogitationes suas exercendas. Qui res a se invicem distinguere, illas comparare & abstrahere nequeunt, vix possunt intelligere, & uti sermone, vel judicium ferre, aut disputare, quod aliquo modo tolerari posset, nisi paululum tantummodo & valde imperfecte, de rebus præsentibus, quæque sensibus sunt familiarissimæ. Et quidem quædam ex facultatibus superius memoratis, si forte desint, aut male sint affectæ, in hominum intellectu pari modo defectus ab his duabus rebus dependentes efficiunt (34).

§. XIII.

(o) Tam magis, quod ignorabitur ad quales gradus bruta rationem ineant, & quo ad hoc alia aliis sunt perfectiora, non posset, juxta mea cogitata eorum ratiocinandi modum definiri, nec eis limites determinare. Lockius in aliquo modo convenit, nam satisdet sibi dicere, se credere, esse abstractionis incapacia. Videtur hic quod si evidenter demonstrare hoc potuisset, efficeret sane, vel extra dubium exposuisset. *COSTE*.

(34) In pluribus locis rationem hujus stupiditatis adduximus. Videri potest ann. 38, *tom.* 1. Verum ad idearum paucitatem concurrit mul-

§. XIII. Ut verbo omnia dicam, hominum imbecillium defectus ab inopia videtur oriri vivacitatis, vigoris & motus in facultatibus intellectualibus, quare rationis usus ipsis non satis suppetit: cum contra stulti & mente capti homines in malo, huic contrario, versentur. Hi enim posteriores mihi non videntur ratiocinandi facultatem amisisse: verum ideas quasdam, quæ false ab illis inter se connexæ sunt, ex errore pro veritatibus assumunt, & in similem cum iis errorem incidunt, qui ex veris principiis falsa colligunt. Postquam enim imaginationis impetu ludificati, sua animorum figmenta pro realibus entibus sumserint, conclusiones rectæ rationi consentaneas ab illis inferunt. Ita nimirum morio, cui mens a sede sua dimota est, opinatur nonnunquam, se regem es-

 se,

multoties organorum defectus, quam ob rem, etsi educatione, commercio &c. homines sint perpoliti, & magna cura ideæ fuere illis communicatæ, attamen stupidi observantur non alia ratione nisi propter malam cerebri conformationem, humorumque tarditatem, spirituum defectum &c. „ Stupidi, ait Genuensis, „ (*V. Scienze Metaf. Antopol. Cap. IV.* §. 3. *pag.* 456.) quo„ rum nerveologia parum elastica est, motusque sanguinis len„ tus, & fluidi omnes glutinosi, ut & quorum generale cerebri „ organum læsum est, paucas debilesque sensationes habent. Hinc „ est, quod non gaudent ideis communibus, ac generalibus „ sed paucas, arctioresque ac confusissimas habent. Barbari „ eamdem currunt sortem hac super re, quam nostri populares „ pueruli, qui tempore pubertatis extant, percurrunt. Ex hoc fit „ quod omnes eorum ideæ sensationes sunt ac phanthasiæ, ea„ dem metaphysica eorum non est præter ludicras, horridasque „ imaginationes. Amores Divinitates novarum Hispaniarum, ac „ Chinæ regionis horridos incredibilesque visus habuere, & formas „ expavescentes, ut *Lapponi, Sibari, Kalmuchi &c.* „ Et ego non alia ratione, opinor, tot fabellas esse exortas, quam defectu idearum abstractarum. Impoliti rudesque homines inepti ad contemplandos peculiares characteres ab ente abstractos, formam, & existentiam eis dedere, ita ut ex passionibus, virtutibus, vitiisque &c. tot peculiaria entia animata efformare coeperunt, & tot divinates habuere.

tio contineri potest, in qua etiamsi compositio haud æque conspicua est, ac in magis complexis nihilominus variarum *idearum* complexio est, sed ejusdem generis. Ita plures unitates simul conjungendo, numeri duodenarii *ideam* conficimus, & ex plurium perticarum *ideis* iteratis, stadii *idea* oritur.

§. VII.

Bruta haud res inter se multum componunt.

IN hoc etiam bruta ab hominibus longe superari puto. Quamvis enim in se recipiant, & simul retineant varias *idearum* simplicium complexiones, sicut fortasse figura, odor, vox domini sui faciunt complexam istam *ideam* Domini, quæ est in cane; vel potius tot distinctæ sunt notæ, per quas eum dignoscit: haud credo tamen, eos ex sese istas unquam componere, atque *ideas complexas* efficere. Atque fieri potest, ut, ubi putamus, eas *complexas ideas* habere, unica tantummodo simplex *idea* sit, quæ eos in plurium rerum cognitione dirigit, quas fortasse minus, quam nos opinamur, per visum distinguunt. A fide enim dignis accepi, familiare esse canibus ubera sua catulis vulpinis præbere, cum iis ludere, atque eadem indulgentia, qua catulos suos, eos tractare, si tamdiu canem suxerint, donec lac ejus eorum corpus

---

„ juriæ superstiti ligare: idea animi præsentiæ, atque virtutis „ cum idea sibi vitam tollere, vel eam exponere pro desiderio vitam auferre alteri, a quo injuria fuit passus; duo hic „ præjudicia erunt, primum quod constituit Romanorum honorem, secundum quod per totam Europam vagat. Hæ associationes ætate plus minusque ligantur, augenturque: Vis, quam „ temperamentum acquirit, passiones quæ contrahuntur, & status, qui eligitur, confirmant nodos, secantve „. Cartesius magnam contraxit inclinationem erga eos, qui torvos oculos habebant, non alia ratione, quam propter mulierem, quam oculos hoc modo habentem imprimis adamavit. Composuit idea speciei, cum idea luscioforum. En affectuum potentia in ligandis ideis.

pus penitus permeaverit. Atque animalia ista, quæ multiplices fœtus simul procreant, numeri illorum penitus ignara esse videntur; etsi enim ægre illud ferant, si quis in illorum conspectu aut auditu fœtum quendam iis abstulerit, si unus tamen, aut illorum duo absentibus ipsis, aut sine strepitu (*m*), sublati fuerint,

(m) Nescio an idem dici posset de *tigride*, quæ magnum natorum numerum habet: quoniam si accidit, quod sint, se absente, ablati, continuo huc illuc currit, donec detegit ubi sint. Venator equitat laxis habenis, postquam sumsit eos, & sibi proximam credens tigridem, unum relinquit, nam fremitum audit; morsu eum illa sumens in suum ducit lustrum, dein majori rapiditate regrediens alterum sumit, quem ambulando iterum relinquit venator, & iterum atque iterum id efficit, donec raptor in navem, quæ prompta est in ripa, conscendit, & plenis velis se amovet; tum tigris furore plena videtur ex eo quia non potuit ei tollere filios, quos fert secum ipse raptor. Plinius hoc nobis obtestatus est; en propria verba: *Totus tigridis fœtus, qui semper numerosus est, ab insidiante rapitur equo quam maxime pernici, atque in recentes subinde transfertur. At ubi vacuum cubile reperit fœta (maribus enim cura non est sobolis) fertur preceps, odore vestigans; raptor, appropinquante fremitu, abjicit unum e catulis. Tollit illa morsu, & pondere etiam ocyor acta remeat, iterumque consequitur, ac subinde; donec in navem regresso irrita feritas sævit in littore* (*V. Hist. Natur. lib. VIII. c.* 18.). Ad recte judicandum de tigride circa id quod in hac occasione efficit, mihi videtur, eam percepisse, numerum natorum diminuisse. Quoad calculandi facultatem inficiari nequit nonnulla bruta ad quemdam gradum eam possidere. *Suse* boves contestantur, hi enim ad centum usque numerant. Hoc de facto referam duas *Montagne* reflexiones ab auctore cordato relatas. *Nous sommes*, ille ait, *en l'adolescence avant que nous sachions compter jusque a cent, & venons de decouvrir des nations qui n'ont aucune connoissance des nombres*. Boves isti centum circulos præcise efficiebant, causa formandi sulcos, per quos aqua fluens irrorabat Regis pomaria, nec potuerunt unum passum ultra statutos facere. Quo modo utuntur, ut ad centum usque hi numerent? Ego nihil de hoc scio, & si animi non fallor, nostri permagni Algebristæ *BERNOULLIUS*, & *MAJURIUS* non possent

rint, haud jacturæ istius, & diminuti numeri sensum aliquem habere videntur (31).

§. VIII.

sent unquam hoc medium invenire, vel saltem certo scire, se illud invenisse. Adest quoque Carduelis, de quo præcedenti nota sum locutus, qui postquam construxerit nidum, parit, incumbit, & natos nutrit admirabili æqualitate (intendi volo, *æquitate*, at homo, superbum animal, nam raro æquus, mihi hoc verbum non condonabit), nutrit eos, ego dico, omnes singulatim; unicuique in circulo, nullo neglecto, suum suppeditat cibum. Numerans fortasse in hoc munere justitiam exercet? Si numerat, quo modo numerat? Ego nihil amplius scio. Quid cogitamus demum de maris turture, quæ positis in ripa ovis, arenulis tegit, ubi solis calor, quadraginta diebus elapsis, eosdem recludere facit. Hoc veniente die, redit turtur quo reposuit ova causa ducendi in mare natos. Numerat illa quadraginta dies? *ELIEN* id confirmat, at unus ex suis illustrantibus sustinet, quod turtur hoc non efficit, quam per instinctum (*Instinctu naturæ*. *SCHEFLETUS c. 6.*) magnum verbum quod nihil exprimit, vel exprimere debet directionem certam, constantem, firmam. Quod ad me, qui nolo cum his illustrantibus pugnare, sum dicere contentus, quod turtur percipit exacte temporis spatium a nobis *quadraginta dies* appellatum, elapsum esse quando it ad inveniendos natos. Ad hoc spatium apte calculandum oportet, nos ad Almanacchum recurrere. Turtur nec Almanacchum nec aliud illi simile, quod sit mihi notum habet. Quo modo internoscit, tempus hoc esse confectum? Non est nobis divinare. Bruta specierum omnium a Deo recepere facultates, quibus egent illa pro sua conservatione, & ea ad hoc ponunt usum. Non interest nostrum limites, ac earum facultatum causas percipere. Nostra refert, internoscere, perficere facultates, quas Deus majori profusione, quam ceteris Terræ habitantibus est nobis largitus, & illis optime uti. Si magna ingenia, nostrique philosophi, qui possent lumen nobis hoc de opere largiri, occupent se ad ratiocinia, ad exarandos libros super brutorum anima, e propria sphæra egressi, reflexionibus se donarent, quæ inanis verbis insensibiliter ducerent eos ad chimericas, vel saltem nimis incertas conclusiones. *Hæc meta laborum*, si datur conjectare ex factis, quod debeat evenire. *COSTE*.

(31) Adinventi fuere populi, qui ultra tertiam unitatem non numerabant. (38, *tom. 1.*)

§. VIII.

Nominis impositio.

CUm per iteratas ſenſationes *ideæ* in puerulorum memoriis deſiguntur, ſignorum uſum paulatim diſcunt. Et quando ea ſunt peritia, ut ſermonis organa ad formandos ſonos articulatos adhibere poſſint, *vocibus uti* incipiunt, ad ideas ſuas aliis ſignificandas: ſigna hæc nonnunquam ab aliis mutuantur, nonnunquam ipſimet effingunt; prout videre eſt in novis iſtis ac inuſitatis nominibus, quæ in primo ſermonis uſu rebus a puerulis imponuntur (32).

§. IX

(32) Starim ac infantes animadvertunt, quod res extra ſe poſitæ in organis ſenſoriis agunt, mutationem productam ſentiunt, incipiunt ope attentionis unam ab alia mutatione diſcernere, impulſuſque animi ad differentiam iſtam concipiendam, enunciandamve habere; quam ob rem oritur ex attentione colligatio idearum cum quibuſdam motionibus organorum noſtrorum, & ex eo quia reliquis organis agilior eſt lingua, experiuntur ſuis motionibus ligare ideas vel ſenſationes *e* rebus externis excitatas & eas nominibus peculiaribus ſignant. Hinc eſt, quod ſi ab aliis edocti ſumus, vocabula modo faciliori ſumuntur, econtra difficiliori. Hæc eſt ratio, qua barbari, vel inſulani, qui ut plurimum arctiori vocabulorum numero gaudent, minorem idearum numerum ſervant, hoc eſt propter defectum ſignorum, cum quibus differentiam poſſint ligare, memoriæque ſiſtere. Quod hac ſuper re eſt adnotandum, ut alibi ait Lockius (*V. Guida dell' intell.*) verba non ſunt ad arcendas res efformata, verum ad detegendas. Videtis ergo quam permagne errant qui articulant voces ſenſu caſſas; conceſſum mihi veniat inter has voces referre *qualitates occultas*, *formas ſubſtantiales*, *ſpecies intentionales &c.*

§. IX.

Abstractio.

CUm vocabulorum usus in eo consistat, quod *idearum* internarum notæ sunt externæ, cumque ideæ illæ a rebus particularibus desumantur, si omnis *idea* particularis, quam recipimus, peculiari nomine signaretur, necessario nominum infinitus esset numerus; huic malo ut occurrat, efficit animus, ut ideæ particulares ab objectis particularibus receptæ, generales fiant; quod facit, eas considerando quatenus entia sunt in intellectu, separata ab aliis omnibus existentiis & circumstantiis realis existentiæ, uti temporis, loci, aut aliarum quarundam concomitantium *idearum*. Hæc vocatur *Abstractio*, per quam *ideæ* ab entibus particularibus sumptæ, omnes, quæ sunt ejusdem generis, universaliter repræsentant, & nomina earum generalia possunt ad omne ens applicari, quod abstractis ejusmodi *ideis* conforme est. Præcisas & nudas illas species in animo intellectus, haud considerans, quo modo, unde, aut quo comitatu eo pervenerint, adhibet (nominibus communiter iis annexis) tanquam exemplaria, ad reales existentias in classes disponendas, prout cum archetypis hisce conveniunt, & ad eas deinde juxta *denominandas*. Ita eodem colore hodie in creta aut nive animadverso, quem animus heri a lacte recepit, eam speciem nude considerat, perque eam omnia repræsentat, quæ sunt ejusdem generis; impositoque ei *albedinis* nomine, per sonum illum qualitatem eam, ubicumque esse concipitur, aut reperitur, semper designat; atque hoc modo universalia, sive ideæ sint, sive termini, fiunt (33).

§. X.

(33) Ideæ abstractæ sunt notiones universales, nec existunt nisi in individuis; nos sensationes habemus, quæ non sunt præter nu-

§. X.

Bruta haud abstrahunt.

SI in dubium vocetur, utrum bruta hoc modo ideas suas certo aliquo gradu componant & amplient : hoc diligentissime tenendum puto, haud illis inesse *abstrahendi* potentiam, & homines in hoc plane a brutis differre : & illis facultatum excellentia longe præ-

---

mutationes organis sensoriis nostris ab objectis externis excitatas, & ab anima sibi repræsentatas. Hæ sensationes ideas efformant particulares, & quoniam mens percipit relationem & differentiam, sistit sibi, ut modo diximus (32) notas, in quibus conveniunt objecta, vel disconveniunt, quapropter attendendo ad characteres, negligit eos, qui non conveniunt inter se, sumitque quos conveniunt, & unam efformat ideam, quæ dicitur abstracta, vel universalis. Talis est idea generis, speciei, quæ non absolute, & in se existit, sed tantum in individuis particularibus. Primæ nostræ ideæ fuere omnes peculiares. Peculiares functiones erant, quas pro modificationibus nostrum vel pro qualitatibus objectorum, quibus eas referebamus, perspectas habuimus. „ Omnes hæ ideæ, ait Abbas *Condillac*, quo melius nemo hac super re scripsit (*V. Sagg. su l' origine dell' Um. cogn. Arte di pensare*) realitatem repræsentant ; non sunt enim, „ ut vera dicam, quam hoc, illudve ens hoc illove modo modificatum. Nos nullam rem in nobismetipsis comprehendimus, quam „ non respiceremus tanquam propriam, ad ens nostrum pertinentem, vel tanquam efformantem ipsummet nostrum ens, hoc illove existendi modo determinatum. At cum mens nostra sit „ arctioribus limitibus circumscripta, ut complures modificationes reflectat, unico actu, quas in uno objecto detegit, successive contemplatur; hinc a proprio ente separat, & realitatem „ eis omnino aufert. De nihilo reflecti nequit, secus esset idem „ quam non reflectere. Quo igitur modo hujusmodi modificationes sumptæ, tamquam sejunctæ abstractæque ab ente ad „ quod pertinent, & cum quo non participant, nisi quatenus sunt „ ibidem circumscriptæ determinatæque, objectum nostrarum cogitationum possunt efformare? Hoc fit ex eo quia eas continuo

„ re-

præstare, quod generales ideas habeant. Perspicuum enim est, bruta nullis indiciis ostendere, se notas generales ad *ideas* universales exprimendas, usurpare; unde concludere licet, haud illis inesse facultatem (*n*) abs-

„ respicimus tamquam entia. Mens nostra, quoties in proprio „ objecto considerat, cum assueta sit ad eas concipiendas cum realitate, a qua sejunctæ & distinctæ minime tum extant, hanc „ realitatem, per quam potis est, adhuc quando a proprio objecto eas distinguit, cum iisdem conservat. Sibimet sane adversatur. Ex uno latere has modificationes respicit nulla „ habita ratione proprio enti, & tum nihil sunt; ex altero, „ cum nihil comprehendi nequeat, tamquam aliquam rem concipit, & sic realitatem, qua ab initio eas comprehendit, etsi „ amplius non conveniat, in attribuendis iis continuo perdurat. Uno verbo ejusmodi abstractiones quando præter ideas „ particulares non erant, cum idea entis sunt colligatæ, & hoc „ vinculum continuat.

„ Etsi impar hæc sit contradictio; necessaria tamen est. Si „ mens enim est circumscripta nimis, in amplectendo una simul ens, suasque modificationes, perbelle conveniet, ideas „ abstractas formando, eas distinguere, etsi omnem realitatem „ quam habent modificationes amittant, attamen congruet in „ eis eadem concipere, secus objectorum suæ reflexionis nunquam efformare posset „. Quapropter videtis compositionem ab abstractione non differre, nisi per actum. Juxta Lockium, compositio non pertinet quam ad ideas simpliciores. abstractio ad compositas. Mens componendo sumit quod simplicissimum considerat, & cum alio ejusdem naturæ conjungit; abstrahendo quod est compositum, & sub uno aspectu concipit, omittendo reliqua. Ego autumo, melius dici posse, quod actus mentis determinat differentiam. Si respicit ideas tanquam simplices in objecto sibi repræsentato, etsi composito, abstrahit; si respicit tanquam simul conjunctas, etsi sint eædem, componit, ut meditantibus patet.

(n) Non esse potest, quod canis, postquam est cervum insecutus, & incidit in alius cervi vestigia, eumque sequi recuset, internoscat per quamdam abstractionis speciem, quod hic ultimus cervus sit animal ejusdem speciei, quam primum, etsi non idem cervus? Mihi videtur, quod unusquisque deberet nimis esse circumspectus in judicando hoc de articulo satis involuto.

In-

abstrahendi, aut generales *ideas* efficiendi, quoniam haud vocum, aut aliorum signorum generalium usum habent.

§. XI. Nec organis, quæ minime sint idonea ad formandos sonos articulatos, vitium illud tribuendum est, quod nullum habeant usum, aut notitiam vocum generalium; cum videamus animalia multa posse tales sonos edere, & voces distincte satis pronunciare, etiamsi haudquamquam cum aliqua ejus modi applicatione. Contra homines, qui propter defectum aliquem in organis vocibus carent, universales *ideas* suas per signa exprimunt, quibus nominum generalium loco utuntur, qua facultate alias animantes haud præditas esse novimus. Quapropter opinemur oportet, in hoc brutorum species ab hominibus distingui, atque eam propriam esse differentiam, in qua penitus separantur, quæque efficit, ut toto, quod ajunt, cælo a se invicem distent. Si animantes istæ ullas omnino ideas habeant, & non mera sint automata, seu puræ machinæ, (ut nonnulli asserunt) tunc dici non potest, eas rationis penitus expertes esse. Mihi æque manifestum videtur quasdam ex iis nonnunquam ratiocinari, ac quod sensum habeant; illud vero fit in particularibus tantum *ideis*, prout a sensibus illas receperunt. Illarum solertissimæ intra hos-

---

Internoscitur, perbelle quod non solum bruta aliis alius speciei causa ratiocinii præcellunt, sed extant quoque quæ ratiocinantur majori penetratione, quam reliqua ejusdem speciei. Ego canem observavi, qui tempore hyemali expellebat reliquos canes, qui circa ignem se vespere collocabant; & quando non poterat ille commodo majori quam alii se sternere, extra cubile incedens, eos provocabat, ejusmodi tono ita ut omnes ad se attrahebat, hoc confecto promptius cubile ingrediebatur, & apud ignem nutu suo se collocabat absque pœna aliorum canum, qui elatrabant, & post aliquem diem, vel hebdomodam, idem efficiebant. COSTE.

ce anguſtos limites concluduntur, nec *habent* (ut opinor) *poteſtatem* (o) eos per quoddam abſtractionis genus ampliandi.

§. XII.

Idiotæ & amentes.

QUantum defectus aut debilitas aliquarum aut omnium prædictarum facultatum *ad idiotas* pertineat, manifeſte ſine dubio compareret, ſi modos diverſos, quibus vires ingenii deficiunt, accurate animadverteremus. Illis enim, qui vel tardius percipiunt, vel ideas in animis receptas male retinent, quibus haud in promptu eſt, illas excitare aut componere, paululum ſaltem materiæ ſuppetit ad cogitationes ſuas exercendas. Qui res a ſe invicem diſtinguere, illas comparare & abſtrahere nequeunt, vix poſſunt intelligere, & uti ſermone, vel judicium ferre, aut diſputare, quod aliquo modo tolerari poſſet, niſi paululum tantummodo & valde imperfecte, de rebus præſentibus, quæque ſenſibus ſunt familiariſſimæ. Et quidem quædam ex facultatibus ſuperius memoratis, ſi forte deſint, aut male ſint affectæ, in hominum intellectu pari modo defectus ab his duabus rebus dependentes efficiunt (34).

§. XIII.

(o) Tam magis, quod ignorabitur ad quales gradus bruta rationem ineant, & quo ad hoc alia aliis ſunt perfectiora, non poſſet, juxta mea cogitata eorum ratiocinandi modum definiri, nec eis limites determinare. Lockius in aliquo modo convenit, nam ſatiſdet ſibi dicere, ſe credere, eſſe abſtractionis incapacia. Videtur hic quod ſi evidenter demonſtrare hoc potuiſſet, efficeret ſane, vel extra dubium expoſuiſſet. *COSTE*.

(34) In pluribus locis rationem hujus ſtupiditatis adduximus. Videri poteſt ann. 38. *tom.1*. Verum ad idearum paucitatem concurrit mul-

§. XIII. Ut verbo omnia dicam, hominum imbecillium defectus ab inopia videtur oriri vivacitatis, vigoris & motus in facultatibus intellectualibus, quare rationis usus ipsis non satis suppetit: cum contra stulti & mente capti homines in malo, huic contrario, versentur. Hi enim posteriores mihi non videntur ratiocinandi facultatem amisisse: verum ideas quasdam, quæ false ab illis inter se connexæ sunt, ex errore pro veritatibus assumunt, & in similem cum iis errorem incidunt, qui ex veris principiis falsa colligunt. Postquam enim imaginationis impetu ludificati, sua animorum figmenta pro realibus entibus sumserint, conclusiones rectæ rationi consentaneas ab illis inferunt. Ita nimirum morio, cui mens a sede sua dimota est, opinatur nonnunquam, se regem es-

 se,

multoties organorum defectus, quam ob rem, etsi educatione, commercio &c. homines sint perpoliti, & magna cura ideæ fuere illis communicatæ, attamen stupidi observantur non alia ratione nisi propter malam cerebri conformationem, humorumque tarditatem, spirituum defectum &c. „ Stupidi, ait Genuensis, „ (*V. Scienze Metaf. Antopol. Cap. IV.* §. 3. *pag.* 456.) quo„ rum nerveologia parum elastica est, motusque sanguinis len„ tus, & fluidi omnes glutinosi, ut & quorum generale cerebri „ organum læsum est, paucas debilesque sensationes habent. Hinc „ est, quod non gaudent ideis communibus, ac generalibus „ sed paucas, arctioresque ac confusissimas habent. Barbari „ eamdem currunt sortem hac super re, quam nostri populares „ pueruli, qui tempore pubertatis extant, percurrunt. Ex hoc fit „ quod omnes eorum ideæ sensationes sunt ac phanthasiæ, ea„ dem metaphysica eorum non est præter ludiicas, horridasque „ imaginationes. Amores Divinitates novarum Hispaniarum, ac „ Chinæ regionis horridos incredibilesque visus habuere, & formas „ expavescentes, ut *Lapponi*, *Sibari*, *Kalmuchi &c.* „ Et ego non alia ratione, opinor, tot fabellas esse exortas, quam defectu idearum abstractarum. Impoliti rudesque homines inepti ad contemplandos peculiares characteres ab ente abstractos, formam, & existentiam eis dedere, ita ut ex passionibus, virtutibus, vitiisque &c. tot peculiaria entia animata efformare cœperunt, & tot divinates habuere.

se, & quod hujus ideæ consequens est, omnis generis servitiorum pompam, observantiam, & obsequium, pro suo regio fastigio, rite postulat: alii, qui se e vitro conflatos crediderunt, ea usi sunt cautione, quæ ad fragilia id genus corpora servanda necessaria est. Hinc fit, ut qui prorsus sanæ mentis & in rebus aliis sagacissimus est, in una tamen re particulari haud minus insanire possit, quam quivis eorum, qui in mente captorum custodia (*) coercentur; si vel per impressionem aliquam vehementem repentinam, aut nimiam phantasiæ attentionem, & assiduitatem circa genus unicum cogitationum, *ideæ* non cohærentes firme adeo coagmentatæ fuerint, ut maneant unitæ. Gradus vero dementiæ sunt, æque ac stultitiæ; perturbata idearum conjunctio, confusioque in nonnullis major est, in aliis minor. Ut omnia verbo dicam, illud inter idiotas & phreneticos discrimen esse videtur, quod phrenetici alienas & dissentaneas conjungant ideas, atque ita falsas propositiones efficiant, verum deinde ab iis præmissis recte concludant (35): idiotæ vero raras aut nullas conficiant propositiones, & vix omnino ratiocinentur.

§. XIV.

Methodus.

HÆ, arbitror, primæ sunt facultates & operationes animi, quibus utitur intellectus; atque etiamsi eæ circa omnes istius *ideas* in genere exerceantur, exempla tamen, hactenus a me supposita, fue-

(*) Ejusmodi domicilium Angli vocant *Bridewell.*

(35) Hoc valet pro eis, qui habitum ratiocinandi antea acquisivere, non qui rudes idiotæ erant. Quod ad insaniam pertinet, videri potest meditatio nostra de somniis.

fuere præcipue in ſimplicibus ideis ; atque immediate poſt ſimplices *ideas*, harum facultatum animi explicationem prius ſubjeci , quam ad ea devenirem , quæ de *ideis* complexis dicturus ſum, propter rationes ſequentes.

Primo , quoniam , cum multæ ex hiſce facultatibus circa ſimplices *ideas* præcipue verſentur , fieri potuit, ut naturæ ordinem ſequentes, illarum ortum, progreſſus , & gradus omnes ulterioris provectus inveſtigaremus.

Secundo , quoniam facultates animi advertentes , quomodo nimirum circa ideas ſimplices operentur , quæ communiter in omnium fere mentibus magis perſpicuæ , præciſæ , & diſtinctæ ſunt , quam complexæ , eo melius exquirere & diſcere poſſumus , quomodo mens abſtrahat, denominet, comparet, atque alias operationes ſuas circa *ideas* complexas exerceat, in quibus errori multo magis obnoxii ſumus.

Tertio , quoniam hæ ipſæ operationes animi circa *ideas a ſenſatione* receptas, quando contemplamur eas, conficiunt aliam idearum claſſem, ortarum ab altera iſta cognitionis noſtræ origine, quam *reflexionem* voco; atque proinde idoneæ ſunt, quas hoc loco immediate poſt *ſenſationis* ſimplices *ideas* tractemus . De compoſitione, comparatione, abſtractione , &c. mentionem tantum feci , quoniam anſa mihi dabitur ea , alio in loco , fuſius tractandi.

§. XV.

Hæc initia ſunt cognitionis humanæ.

HOc modo brevem, &, opinor, veram *originis humanæ cognitionis hiſtoriam expoſui*; unde nimirum mens prima nanciſcitur objecta, & per quos gradus ulteriores facit progreſſus in iis ideis recondendis, quæ ſupellectilia conficiunt omnimodæ iſtius

cognitionis, quam unquam percipere potest; atque penes experientiam & hominum observationem judicium esse velim, utrum illud, quod verum est, consecutus sim, nec ne: optima enim veritatis exquirendæ ratio est, res examinare, prout se revera habent, non vero concludere, eas ita se habere, prout ipsimet imaginamur, aut ab aliis imaginari didicimus.

§. XVI.

Provocatio ad experientiam.

UT, quod verum est, fatear, *non alium præter hunc possum invenire modum, per quem rerum ideæ in intellectum intromittantur*: Si alii *ideis* innatis, aut principiis congenitis imbuti sint; de iis sibi gratulentur oportet, atque si illud certo scirent impossibile esset, ut alii illud, quo præ aliis fruuntur, privilegium aspernarentur. Ipse de eo, quod in memet experior, loqui tantummodo possum, quodque iis consentaneum est notionibus; quæ, si hominum ordines omnes, cujuscunque sint ætatis, gentis, aut institutionis speculemur, fundamentis hisce a me jactis niti, & cum hac methodo penitus congruere videbuntur.


§. XVII.

Conclave tenebricosum.

VIderi velim haud meam tradere, verum sententiam aliorum sciscitari; denuo itaque hic fateri cogor, me non alios aditus cognitioni ad intellectum reperire posse, nisi per externam internamque sensationem; non alias video fenestras, per quas lux *conclave hoc tenebricosum* subit. Mihi enim videtur intellectus haud

haud dissimilis esse conclavi a luce penitus secluso, in quo fissuræ quædam exiguæ tantum relictæ sunt, ut visibilibus imaginibus externis, aut, quæ extra sunt, rerum ideis aditus per eas pateat: atque si ibi remanerent, eumque servarent ordinem, ut, cum opus foret, reperiri possent, magnam cum intellectu humano similitudinem haberet, visus objectorum & eorundem in intellectu excitatarum *idearum* respectu. Hæc nostra est conjectura circa methodum, per quam intellectus adipiscitur retinetque *ideas* simplices, & illarum modos una cum operationibus quibusdam circa eas. Devenio jam ad quarundam *idearum* istarum, & modorum eorum penitiorem examinationem.





MEDITATIO

JOHANNIS LEONARDI MARUGJ

De Anima Brutorum.

PErparum brutorum actiones introspiciamus, & eas ponderemus. Quot infinitas invenimus quæ ratiocinium perfectissimum olent! Non inquiro hic, an Bruta sagaciora sint quibusdam hominibus, qui prorsus stupidi deprehenduntur (*a*), tantum eorum actiones perpendo, & ex quo emergant fonte, considero.

En Castores nostris obversantur oculis. Attendamus paulisper ad miram eorum domus constructionem, & ad modum quo illi suum absolvunt munus. Videtis complures in unum collectos. Quodam modo conveniunt, rempublicam efformare, & in unum convivere. Quid interim? Munimentum cupiunt, quo se ab intemperie aeris defendant. Hinc unanimiter excogitant solum, quo debeant ponere tuguriola. Opportunius vident, quod aqua irroratur (*b*), & affluit victu, quo egent. Statim omnes consentiunt; illud ad normam dividunt, & labores subeunt. O mirum concordiæ genus! Nonnulli ad materiale comparandum attendunt, nonnulli illud transferunt, nonnulli denique compaginant, & fabricam extollunt. Videtis modo ingenium artificum. Illi secant ligna ad duas, tres, quatuor, quinque, & ad sex pedes juxta normam constructioni convenientem: hi natantes celeriori modo munus exercent, ultimi demum nunc longius nunc brevius ligniculum sumunt, ad necessitatem, & formam requisitum (*c*). Ne avertatis oculos Confectas domus observate. Videte quam in forma, ac symmetria barbarorum tuguriis præcellunt. Ad tres quatuorque diætas sunt formatæ; prima aqua madet, & suis indigentiis confert (*d*). Secundam pro habituris tenent. Si hanc aqua inundat, ad tertiam, vel quartam diætam transeunt; si venatores fabricam aliqua in parte le-

---

(a) Comparentur nonnulla Brutorum cum hominibus, de quibus alibi locuti sumus (*tom.* 1..*as* 29.)

(b) Castores aqua indigent, ex eo quia amphibii sunt. (*V. Lemery Dictionnaire de Drogues simples*).

(c) (*V. Spettacolo della Natura.*)

(d) Naturaliter immundicies habent.

lædunt, damna reficiunt: si denique ceu venatorum opera, ceu aquarum inundatione perdifficile sit restaurare vel incommodosum immorari illuc, habitacula relinquunt, & alibi una simul proficiscuntur (*e*). Quid vobis videtur? pergamus observationes, & alia bruta mente contemplemur. En simiæ in Promontorio Bonæ Spei. Videte, ut tempore peponum maturescentium, e montanis locis magno numero se ferunt in hortos. Perspicite modum, quo annonam diu sibi duraturam prædant. Ordine procedunt, constituuntque in editioribus locis excubias: audaciores factæ hortum ingrediuntur, decerpunt pepones, & de manu in manum ordine promovent. Ingruit persecutio? modeste pepones ponunt, & lapidum jactibus sese tuentur (*f*). Ecquis ignorat apum formicarumque remputlicam (*g*)? Ecquis caniculorum memoriam, ac erga suum benefactorem recognoscentiam. A vobismetipsis hæc omnia contemplamini. Dicite postea an operationes istæ indicent, brutis inesse aliquid agens, & a materia diversum? Referam factum ab amico omni exceptione digno mihi relatum.

Nonnulli Perillustris Matrinæ Urbis magnarum juvencorum gregium possessores ab antiquo constitutum in nemus *Arceo* nuncupatum solent Kalendis Novembris juvencorum greges mittere, & usque ad mensem Maii ratione bonæ pasturæ eos illic retinere. Accidit semel, quod unus ex grege in nemore degens quamdam juvencam amore sequebatur, & fructum sui amoris colligebat. Forte taurus alter est ipsam juvencam secutus, & hæc, primo relicto, secundo se donavit. Incredibile dictu! Primus amator, cum vidisset suum infortunium, & rivalis felicitatem, maximopere consternatus, videbatur mœstus, comitatum perfugiebat, & pasturam ipsam negligere incepit. Quid effecit demum? Veniente tempore, quo juxta solitum, erat statutum, greges regredi, taurus ipse evanuit, & per plures dies illum inquirentes custodes non invenerunt. Paucis diebus elapsis, greges juxta solitum regrediebantur ad proprium ovile, & proficiscebantur in loco elevato ac aspero. Taurus, quem magna diligentia non potuerunt invenire, inopinate se pandit, ruit in rivalem, vadum trajicientem, & statim ad oppositam præcipitemque partem cornu feriens illum impellit, prosternitque. Hoc fa-

(*e*) *V. Lemery ib*, *Spettacolo della natura &c.*
(*f*) *V. Journal des Sav.* 1688
(*g*) *V. Histoir de l'Academie Royal An.* 1711. Lectu est digna in apes descriptio a Virgilio facta. Legi potest *Æneid. lib.* 1. v. 434.

facto, redit in gregem, hilarique visu, & quasi voti compos consuetum reprehendit, & pastura gaudet.

Quid vobis videtur? Taurus vindictæ stimulum persentiebat? ponderabat vires sui ac rivalis? animo inter se illas conferebat? tempus discessus præcise internoscebat? Recordabatur viam, & vadum ad fraudem opportuniorem? arguebat modum, quo posset rivalem perdere? Quid magis effecisset homo eadem passione correptus? His observationibus peractis, sententias, circa brutorum animas emanatas primum referam, deinde meam quæcunque sit, opinionem dicam.

Ex vetustissimis non desunt qui rationem brutis inesse, judicarunt. Fuit Pythagora, qui, animas omnium animalium rationis compotes esse, censuit (*h*). Strato Theophrasti auditor, bruta intelligere ait, ex eo quia sine intelligentia sentire nequeunt, & bruta sentiunt re vera (*i*). Non absimili modo cogitarunt Parmenides, Empedocles, & Democritus apud Strobæum, cujus scholæ videtur esse Virgilius ajens

Esse apibus partem divinæ mentis & haustus
Æthereos dixere; Deum namque ire per omnes
Terrasque, tractusque maris, cælumque profundum:
Hinc pecudes, armenta, viros, genus omne ferarum
Quemque sibi tenues nascentem arcessere vitas (*k*).

Idem asseruit Plato, addens, bruta ratione organorum indispositionis tantum rationis usum non habere. Philo librum conscrisit περὶ τοῦ λογὸν ἔχειν τὰ ἄλογα ζῶα. *De eo*, quod bruta animalia sunt prædita (*l*). Lactantius sic ait. *Quid tam proprium homini, quam ratio & providentia futuri? atqui sunt animalia, quæ latibulis suis diversos, & plures exitus pandant, ut si quod periculum inciderit, fuga pateat obsessis; quod non facerent, nisi inesset illis intelligentia, & cogitatio; alia provident in futurum &c.* (*m*). Xenocrates Carthaginensis est opinatus, notionem Dei quoque animalibus inesse, & Plinius morales virtutes, religionemque illis adjudicat. En verba; ea referam in integrum. *Elephantis intellectus est sermonis patrii, & imperiorum obedientia, officiorumque, quæ didicere memoria: amoris, & gloriæ voluptas: imo vero, quæ etiam in homine rara, probitas, prudentia*

(h) *V. Plutarch. in placit. Philosoph. lib. V. cap.* 20.
(i) *V. Plutarch. de solertia animalium.*
(k) *V. Georg. IV. vers.* 219.
(l) *V. Euseb. lib. II. cap.* 18.
(m) *V. de ira Dei cap.* 7.

dentia, equitas: religio quoque siderum, solisque ac lunæ veneratio: auctores sunt, in Mauritaniæ saltibus ad quendam amnem, cui nomen est Amilo, nitescente luna nova, greges eorum descendere, ibique se purificantes, solemniter aqua conspergi, atque ita salutato sidere in silvas reverti, vitulorum fatigatos præ se ferentes. Alienæ quoque religionis intellectu, creduntur maria transituri non ante naves conscendere, quam invitati rectoris jurejurando de reditu (n). Complura hac de re scripsit Coste in adnotatione §. 5. *Cap. XI.* hujus libri appofita, quæ legi potest. Augustinus ait, absurdum esse dicere, animam in corpore viventis animalis non esse (o), & alibi inquit, nihil dari corpore melius, anima deterius, per consequens inter animam & corpus medium deficere (p). Alii ex vetustissimis adhuc contrarium impugnarunt. Fuit *Pherecrates*, qui brutis animam negavit, eorum operandi principium non consistere quam in certa partium configuratione (q); hanc sententiam, penitus abolitam, in lucem reduxit anno 1554. Pereyra Medicus Hispanus, & post eum Cartesius; existimarunt hi, bruta machinas esse artificiose fabricatas: omni anima, atque cognitione eis deficiente, solas impressiones in organis externis factas illorum actiones regere, & mechanicas leges evolutas, ad eas enodandas sufficere, crediderunt. Quid medium Peripatetici tenuere. Hi cum Alberto Magno animam brutis supponunt, hanc e materia eductam sensationis voluptatisque capacem, at omnino ratione carentem, existimarunt. Aristoteles brutorum operationes perpendens, inquit, *neque absque cognitione, & ratiocinio hæc peragi posse videntur* (r), at ei placuit illam corruptibilem constituere (ʃ). Gassendus huic sententiæ accedit, credens brutis inef-

(n) *V. Hist. Nat. lib. VIII. c.* 3.
(o) *V. De quantit. anim. Cap.* 30.
(p) *V. lib.* 83 *quæst. quæst.* 54.
(q) *V. Cic.* 1. *Tuscul. quæst.*
(r) *V. de Spir. cap.* 9.
(ʃ) Duos intellectus hominibus adesse censuit, agentem scilicet & patientem, primus cum nihil ei sit insculptum, nulla idea, specie, cognitione, ceu imagine præditus sua incorporea luce corporea phantasmata irradians, speciem intelligibilem, ac incorpoream abstrahit, formatque. Alter postea recipit impressiones a rebus externis factas, & intellectui agenti eas repræsentat (19 *tom.* 1.); ille incorruptibilis est ac spiritualis, toto cælo hic diversus. Quapropter ait (*ib.*). *Hic solum intellectus agens & immortalis & æternus, sed passibilis intellectus est interitui*

inesse quoddam avolans, quoddam medium inter tenuissimum & crassum, & *animam* hoc unum appellavit (*t*). Secutus est Claudius Berigardus (*u*), Cardosus (*x*), Baco de Verulamio (*y*), Magnanus (*z*), ceterique complures. Andreas Rudigerus (*aa*), aliqua verisimilitudine hanc sententiam consperfit. Voluit hic, materiam a corpore sejungere; corpus quid contrectabile, solidum, iners appellavit: materiam puram esse extensionem, primum fulcimentum, ac substramen corporis, spirituum, ac animorum credidit (*bb*). Quapropter animas brutorum suam habere extensionem, verum a corpore esse distinctas. Demum Leibnitius monades in medium afferens in ea fuit opinione, quod monades secundi generis (*cc*) brutorum animas constituant. Wolfius non ab eo dissentit, imo ut in reliquis est Leibnitii admirator, asseruit 1. esse animas ejusmodi incorporeas, inextensas, nisi simplices 2. non posse prodire per creationem ex nihilo. 3. non posse perire nisi adnihilatione. 4 non esse spirituales. Sunt qui tam in antecessum brutorum animas erexere, ut crediderint non solum esse spirituales, ut Sennertus an 1678 docuit, & hominibus similes, vel mentes ipsas per metempsychosin in corpore revolutas, ut Ægyptii imaginati fuere (*dd*), ve-

---

ritui obnoxius. Hinc est, quod horum intellectuum hominibus extantium, ultimum tantum brutis inesse, fuit opinatus.

(t) *V. phys. sect.* 3. *lib.* 3. *cap.* 3.

(u) *V. Circul. Pisan pag.* 602.

(x) *V. Philosoph liber. lib* 5. *q.* 5.

(y) *V. de argum. scient. lib* 4. *cap.* 3.

(z) *V. Philosoph. nat. cap. XX.*

(aa) *V. Buddeum in histor. philosoph. pag.* 5. *edit. Walchii an.* 1631.

(bb) Melius si dixisset substantiam: forsan materiam cum hac confundit.

(cc) En quod de monadibus excogitavit Leibnitius; dividit eas in quatuor species, earum prima omnia corpora constituit, nam fuit opinatus, corpora, quotquot sint, monadibus conflari, & has vi motrice præditas esse ac omnia obscure percipere; altera species est eorum, quæ clare sed confuse mundum sibi repræsentant, cujus speciei credit animas brutorum; tertiæ classis constituit eas, quæ mundum clare & distincte sibi repræsentant, quales sunt animæ humanæ, quarta demum species est, quæ sibi *simultanee clare & distincte omnia*; possibilia repræsentat, cujus naturæ Deus est (*V. act. erud. Lips. ann.* 1694 *mens. Mar. pag.* 110. *ann.* 1695. *April. pag.* 145. *ann.* 1698. *Septembr. pag* 427.).

(dd) *V. Herod. lib.* 11. *Diod. Sicul. lib.* 14.

verum etiam opportunius bruta & majori ratione quam homines omnia absolvere ; hoc Rorarus Clementis VII. Nuncius ad Ferdinandum Hungariæ regem an. 1645. , asseruit , conscripsitque & credidit demonstrare bruta non secus ac homines legibus ac castigarioni ob violatas pœnas esse obnoxia , & pœnis absterreri , & ita libertatem agendi eis vindicat . Hæc sunt propria verba : *Solent in Africa crucifigere leones , si qui deprehenduntur urbes obsidere , quod in senecta faciunt , quoniam ad persequendas feras vires non suppetunt ; cujus pœnæ metu , licet urgeat fames , desinunt : & nos ab Agrippina Colonia Duram versus equitantes , in illa vasta silva , vidimus duos caligatos lupos , non secus quam duos latrones furca suspensos , quo similis pœnæ formidine a maleficio reliqui deterreantur* (ee) . Non defuerunt philosophi , inter quos numeratur præsertim Hugo Grotius , qui dixerunt agendi principium brutis extrinsecum esse , forte Deum , forte Angelum , aut formam universalem *Averrois* . Complures denique confabulati fuere , brutorum animas esse cacodæmones , in præteritorum delictorum pœnam in bestias detrusos ; quam sententiam lepidissimis historiis *Bougean* illustravit (*ff*) . Quid nos dicemus ? perparum contemplabimur .

Quænam est differentia inter hominum ac brutorum operationes ? Audiam. permagnam esse . Optime . Nunc peto, quænam est differentia inter homuncionum, & eruditorum, ac perspicacium operationes ? Si veritatem minime offuscare velimus debemus respondere valde magnam; hoc non obstante fatemur eruditis, non minus quam homuncionibus inesse animam , & animam ejusdem naturæ ? Credo hoc inficiari nequire . Ergo in quo repugnat animam brutis inesse, etsi operationes eorum cum hominum operationibus non colliment ? Genuensis quemdam *Josephum Pelusium* commemorat , quem ludificabant pueri , in ejus os frusta lignea ingerentes , qui ea deglutiebat (*gg*) . In Patria quoque nostra duos homines agnovimus, quorum unum indigitavimus (29. *tom.* 1.) & *Donatus Franciscus* appellabatur; alter non absimilis erat, & ipse quoque vocabatur *Donatus* . Quam ob rem apud meos concives tam arcte idea stupiditatis cum Donati nomine est conjuncta , ut pro stupido , sæpe dicatur *Donatus* . Quid ergo est ? Operationes hominum perspicacitate , activitate , ratiocinio , sint nec ne perpoliti , toto cælo diversæ observantur , ideo ab anima diversæ naturæ eas operationes progigni dicamus ? Possumus postea brutorum operationes , licet hominibus inferiores , non ab ani-

(ee) *V. lib. II. pag.* 109.
(ff) *V. Amusement philosophique sur le langage des Betes.*
(gg) *El. metaph. pars alter. de anim. brut.* §. 17.

anima repetere? Boelius hac super re ita est argumentatus (*hh*). „ Bruta, consentientibus Peripateticis, objecta percipiunt ope „ externorum sensuum; agnoscunt hæc aliis convenire; aliis illa „ disconvenire: hæc præ illis appetunt, ut fruantur eorum as- „ secutione, a loco ad locum se transferunt, & aversantur obje- „ cta, quæ sibi sunt revera contraria. Itaque eorum anima, „ eorumque agendi principium ejusdem speciei est ac anima ho- „ minum. Si brutorum anima nobiliores operationes non exer- „ ceat, non a vitio vilioris naturæ, sed imperfectioris corporis, „ cui annectitur, provenit. Anima neonati, ac hominis adulti, „ vel anima stupidi usque ab infantia, aut deliri senis est sen- „ sati hominis alterius naturæ? Proprius ac specificus anima- „ rum omnium character est *perceptio*, reliquæ nobiliores ope- „ rationes animæ accidentales sunt a specifica conditione cor- „ porum, non animorum sequentes; operationum præstantia „ Aristotelis ac Ciceronis infantum anima eam canis non su- „ peravit. Ponamus modo, illos per 30. & amplius annos in eo „ infantiæ statu perdurasse, non protulissent argumenta brutorum „ argumentis illustriora, nec universalia ut & virtutum ideas non „ cognovissent. Quapropter non in diversa natura animæ sed in „ subsequentis ætatis accidente, ea quantum est perfectio, d. bet fun- „ dari. Si nostrum ipsorum anima cuidam alteri corpori diver- „ sa habenti organa conjungeretur, aliam perfectiorem texeret „ perceptionum passionumque seriem, licet una, invariataque „ remaneat (*ii*). Cur itaque de brutorum animabus idem dici „ nequit, quando sentiunt, percipiunt, cognoscunt, variis, va- „ riisque objectis, passionibus agitantur? Si cuidam ceræ impri- „ muntur signa, potest illa alia millena suscipere, neque insigni- „ bus illustrata diversam habet naturam alius ceræ, cui nul- „ lum signum fuit insculptum. Analogia prorsus eadem est in- „ ter brutorum hominumque animas, ita ut si bruti cujusdam „ anima nobiliori humano corpori conjungatur, non amplius bru- „ ti, sed erit hominis anima &c. „. Verum nos melius rem in- trospiciemus.

Communis est ac pene omnium mortalium sententia, bruta quoddam internum activumque principium habere, quod *anima* appellatur (*kk*). Ex eorum historia compertum remanet, spontaneas actiones exercere, objecta extra se posita internoscere, di-

---

(hh) *V. Dict. Hist. Crit.*, *art. Rorarius*.

(ii) Huic opponitur Helvetius, qui credit operationes hominum esse resultatum educationis (*V. de l'Hom.*)

(kk) Excludi debent Cartesiani. Verum contra unanimem opinionem ipsi merentur fidem?

distinguere distincte, percipere, ac comparare: ergo non tantum non mechanice operantur, uti Cartesiani somniarunt, verum etiam anima gaudent a materiali longe diversa. Nostram enodabimus propositionem.

Spontaneitatem in brutis non est qui possit negare. Bruta sternuntur. Diu post, nullo objecto renovato, surgunt, & erga quamdam directionem incedunt. Dices ne, musculi convoluti atque propria brutorum gravitate compressi cogant ea ad incedendum? Sit. Dices ne sine direttione vagari? Gratis esset asserere. Sæpe sæpius ea videmus auctoritate qua homines pollent, a sumto tramite amoveri non posse; Ergo palam est, se determinare ac sponte incedere versus quoddam objectum, vel directionem.

Non est pariter qui inficiari possit bruta cognoscere, ac objecta distinguere. Hujus propositionis veritas compluribus observationibus habetur. Paucas adduximus, & aliæ pene infinitæ possent adduci. *Dedit*, inquit Cicero (ll) *eadem natura belluis, & sensum, & appetitum, ut altero conatum haberent ad naturales pastus capessendos, altero secernerent pestifera a salutaribus*. Elegantissimam descriptionem de philomela apud Virgilium invenimus, quæ aperte demonstrat, non tantum distinctam objectorum cognitionem brutis inesse, verum etiam affectus, amoris, atque tristitiæ eadem habere. Sic ille ait

. . . Populea mærens philomela sub umbra
Amissos queritur fœtus, quos durus arator
Observans nido implumes detraxit; at illa
Flet noctem, ramoque sedens miserabile carmen
Integrat, & mœstis late loca questibus implet (mm)

Videndum modo an ideis distinctis gaudeant. Qua super re sunt hæc contemplanda. Ideam appellamus distinctam, quando non solum rem clare internoscimus, sed rei quoque notas atque characteres, quibus ab omnibus aliis distinguitur, mente nobis repræsentamus. Castores ædificium tam complicatum, ac ingeniosum construendo, putas ne illius notas prius sibi distincte non repræsentare? Ad nor-

(ll) *V. lib.* 11. *de Nat. Deor.*

(mm) *V. Georg. lib. IV. vers.* 511. At est adnotandum, quod Huetius de hoc Virgilium notavit, verum a censura hunc Virgilianum locum Johannes Henricus Kromajerus in peculiari dissertatione, Jenæ habita, egregie vindicavit.

normam ligna secant, debent ergo longitudinem, latitudinemque considerare, internoscere. Fabricatores modo unum, modo alterum sumunt lignum ad opus, normamque aptius, & apponunt, taliter ut præcise aliis connectatur. Vident ergo, ac distinguunt angulos, qui in lignis inveniuntur. Quid dices modo? Ulterius, Quot bruta intelligunt perfecte sermocinationes? Complura observavi, quæ Domino loquente, ei intentaque ora tenebant, & confecta sermocinatione quod eis fuit jussum, fecere. Quid est vox, quam signum, nota alicujus rei, quam cupimus in mentem alterius revocare? Si audiunt conceptus loquentis, modulationes minimas distinguunt, peculiares notas internoscunt, & ipsis associatis ideis gaudent; nonne est dicendum ideas distinctas habere? Quid dices modo si vides bruta proprios conceptus peculiaribus notis exprimere non solum, verum etiam ad modum alterius dicere, & loquelam hanc illamve discere ac adhibere? In prologo Satyrarum sic ait *PERSIUS*:

Quis expedivit Psittaco suum χαῖρε?
Corvos quis olim concavum salutare?
Picasque docuit nostra verba conari?
Magister artis, ingeniique largitor
Venter, negatas artifex sequi voces.

Quid dicemus interim? Operationes hæ, quotquot sint, ab anima materiali dependent? Nequaquam profecto. Diceremus alioquin hominum operationes pariter ab anima materiali proficisci, quod permagnum esset absurdum, & a nobis loco suo pro ejusmodi demonstrabitur. Est ne spiritus? Meditationem protendimus.

Spiritualis nota est *intellectus*. Ubi intellectum videmus, spiritus arguitur recte. Ergo ut hanc enodemus quæstionem, videndum, an brutis insit hæc intelligendi facultas.

Etsi pro voce intellectus, uti veteres censebant, omnis cognitio generatim sumpta debeat intelligi, attamen ne quæstiunculis irretiamus, taxative hic, atque arctiori modo sumimus, & eum definimus „ per facultatem clare, distincteque repræsentandi res „ ergo ex dictis patet, bruta intellectu gaudere. Ceteroquin. Videmus, bruta nonnullas operationes efficere, quæ neque a vi interna, neque externa repeti possint, tantum a ratione sufficiente se in futurum conservandi, ut vidimus in Simiis Bonæ Spei, vel a repræsentatione cujusdam voluptuosæ, prægressæque sensationis, ut in Tauro, vel spei fruendi in posterum, ut in Castoribus; vel denique a repræsentatione alicujus recepti beneficii, ut in Canibus quotidie observamus. *Instinctum*, hoc faciendi, in medium afferre, non tantum gratis est

hoc

hoc dicere, verum etiam repetitis observationibus prorsus omnibus oppositum. Quid est hic instinctus? Forsan agere absque vi, & ratione? Si non; ubinam hæc vis absconditur, adinveniturque ratio? in Brutis ipsis? ergo inest in eis quoddam agens, quod operationes ab instinctu hactenus repetitas conficere facit. Extra ea? Si audeatis hoc dicere, vereor ne ad puras machinas bruta reducatis (nn), vel in *Spinozæ*, *Tolandique* sententiam incidatis (oo). Quo posito, Deus esset immediatus Auctor, & vera causa incursionum brutorum in homines, nec non tot lanienarum, quas sæpe sæpius bruta ipsa in homines conficere, audimus. Quod pro absurdo maximopere tenemus. Præter quam quod, ante experientiæ usum, atque observationes instinctus hic ubi latet? Catuli ante periculi cognitionem, periculum ipsum non timebant (pp). Quid diceris si omnia in brutis, non secus ac hominibus, perfici possint? Aves adeo modulamini fistulæ assuescunt, repetitis lectionibus, ut cantus imitentur dulces, imo voces discant proferre. In Persia falcones, & accipitres docentur oculos ferarum vellicare, ut venationis tempore eas fugaces violenter attineant (qq). Cameli ipsi in Indiis ad saltum accommodantur (rr). Nonne caniculis nostris hoc efficimus? Vidimus in hac perillustri urbe paucis abhinc annis mirabilia ab equis absolvi. Videtis modo quantum appetant bru-

---

(nn) Diximus, hanc esse Cartesii, Cartesianorumque sententiam, ita ut crederent, bruta non esse aliud quam machinam parvis lignis efformatam.

Ducitur, ut nervis alienis mobile lignum.
Quid magis perridiculum?

(oo) Docebant hi, Deum esse omnium rerum mentem, animam, & vitam.

(pp) *V. adn. Cap.* 1.

(qq) Hic est modus. Fictili opera feræ bestiæ efformantur, in cavitates oculorum reponitur esca, in quam paulatim incipiunt sese ruere.

(rr) En Modus. Loco includantur, cujus pavimentum calcat adeo, ut cogat eorum pedes alternatim attollere, & quodammodo subsilire. Pulsatur tympanum modo quo pedes attollunt. Hoc frequentius facto, conjungitur in bestiis idea doloris cum idea soni. Quapropter ad signum, ceu ad sonum tympani pedes alternatim attollunt, & subsiliunt.

ra nova internoscere, distincte objecta percipere, & multoties non pauca addiscere, atque suarum idearum supellectilem augere. Ponite ante canem, aliudque sagax brutum quoddam novum objectum. En perhorrescit statim, vehementerque resilier: Fugit ne? passim os vertit, ut internoscat illud: remanet in loco ipso? Tum tensis auribus, fixisque oculis, magna vehementique attentione respicit objectum, pedetentim postea incipit se ferre erga illud, & nullo obveniente signo timorem enunciante, accedit, olet, & multoties objectum tangit, ut internoscat qua sit natura, & an se lædere queat; quo facto, vel fugit, si sibi credit inimicum, vel pacato, hilarique animo remanet. Habet ne ideas distinctas? intellectu gaudet? spiritus illi inest?

Si spiritum nobis negare nolumus, credere debemus brutis pariter eum inesse. Sunt nonnulli, qui eis libertatem impugnantes, hanc impugnant propositionem. Videmus ergo in quo consistat libertas, & an adminiculum quoddam in brutis observetur.

Libertas, si recte video „ est potentia eligendi quod sibi videtur bonum „. Hinc elt quod ea tantum in nobis remanet, nec est aliud præter ipsum internum sensum. Esto. Sensus libertatis proficiscitur a sensu potentiæ efficiendi quid. Quapropter idea libertatis est idea potentiæ, quæ non exercetur, cujus essentia est non exercere, actu quo potentiam ipsam sentimus. Per consequens hæc idea non est, præter spiritus operationem, qua agendi potentiam ab actione ipsa sejungimus, considerantes *hoc posse* ,tanquam iners, etsi reale, uti subsistens tempore quo deficit actio. Si hæc libertatis notio vera est, ut melius infra enodabimus, omnis nota ac libertatis character deficit profecto, nec eum internoscit nisi ipse spiritus, qui hanc sibi sentit potentiam; per consequens an eam bruta ipsa sentiant, nos dijudicare nequimus. Verum, cum accidat sæpius, quod nos ex factis arguamus principium, & causam, quibus nonnulla phænomena fuere producta, videamus, an ex quibusdam adminiculis in brutis continuo observatis, conjectare possimus, bruta cum libertate operationes conficere?

Ut arguamus hoc illudve esse cum libertate factum, cum potentia scilicet aliquid efficiendi necne, oportet perscrutari. I. an habuerint motiva non efficiendi quod fuit factum. II. an in consequentia repræsentationis boni fuerit quicquam ab eis confectum.

I. Ablatis necessariis operationibus, reliquæ pene omnes sunt multis complicatisque modis comitatæ, ergo poterant hoc non illo modo evenire.

II. Boni notio non determinata est; est mihi bonum quod ali-


alicui malum est, pro bono ergo teneo quod aliis sub alio clymate, imperio, educatione, commercio &c. pro malo habetur (ss); ergo bonum præcise non internoscimus. Verum si supponamus bonum, quod nobis ejusmodi videtur, quia ipsis brutis confert, operationes brutorum prorsus omnes ex eo emergunt. Videlicet vel ob bonum receptum, vel actu recipiens, vel in posterum recepturum, ut observantibus meditationesque adhibentibus patet. Ergo adminiculum illud, ope cujus de libertate brutorum possumus dijudicare, habetur. Quam ob rem concludere fortasse possumus brutis spiritum inesse. Hoc habito, est ne ejusdem naturæ, quam spiritus hominis? Meditationem protendam, ne sicco pede hoc transeam.

Ita est in natura constitutum, ut omnia per gradus procedant, in transitu unius speciei in alteram natura quamdam tenet regulam, ut per saltum nihil efficiat. Corallus, si recte video medium tenet locum inter vegetabile & lapidem: Amiantus inter lapidem & vegetabile ipsum: Mimosa inter vegetabile & animale: Polypus inter animale & vegetabile: ab illo incipit animalis natura, desinit in isto; & incipit in illa vegetabilis, in hac lapis. Quid ergo? Cur dicere nequimus inter corpus & spiritum hanc regulam non adesse? Erit tum anima brutorum Monas? At cur hoc ultimis corporum partibus non relinquimus, & credimus spirituum classem ab anima brutorum incipere? Complures brutorum species observamus, quæ aliæ sunt aliis sagaciores, & gradatim usque ad homines. Quid ergo repugnat tot classes spirituum hæc diversa corpora animare? Perfectio spirituali substantiæ tributa a Deo incipit, & gradatim per media ad viliora bruta descendit; Angeli, Dæmones, hominum animæ, ac brutorum hujus seriei vacuola adimplent, quo casu ultimus spirituum terminus est fortasse conchyliis, quæ parum sentiunt, nihilque forsan percipiunt. Ecquis non videt nonnulla bruta hominibus esse similia? Hujus generis Chimpanzea animal profecto debet existimari. Audite quod in Actis Lypsiensibus adinvenio (tt). *Animalis rarioris Chimpanzee dicti, ex regno ANGOLA Londinum advecti, brevior descriptio.*
„ Mirum est valde tetrici adspectus, formæ, & staturæ, huma-
„ nam referentis, naturæ ferocissimæ, animal, vix alii Civium
„ nostrorum visum unquam, auditum forte paucissimis. Patriam
„ agnoscit *ANGOLAM* Africanum regnum, a cujus incolis
„ nomen *Chimpanzee* accepit. Ex illis oris allatum est an. 1738.
„ Mense Augusto Londinum ab *HENRICO NOWERO*, ma-

G 2 gi-

(ss) *V. 65. tom. 1.*
(tt) *V. 1739.*

„ gistro navis, *Speaker* dictæ. Sexus fœminei, altum pedes „ duos quatuorque pollices, incedens corpore erecto, aliqua „ membrorum parte hirsutum, cetera robustum, & musculosum. „ Ex stercore suo alimenta petit; sed amat etiam potum Theæ, „ quam hominum more ex vasculo bibit. Horum præterea „ somnum imitatur, nec prorsus ingenio caret, ipsa enim voce „ garrulitatem humanam exprimens. Mares cum ad ætatem „ adultam venerunt fœminas humanas stupro petunt, & viros, „ etiam armatos, ad pugnam provocant. Idem sæpissime ab „ hujus matre, pedum quinque altitudinem æquante, factum, „ quam nisi telo sustulisset Maurus quidam, vix in ejus unquam „ manus fœtus hic venisset „. At hi spiritus post mortem perdurant? Sunt præmii ac pœnæ capaces? Hic me irretio. Tanti non sum ego, has enodandi quæstiones; ingeniis sublimioribus relinquo, & ignorantiam meam fatendo, sileo.



CAP.

C A P. XII.

De Ideis Complexis.

§. I.

E ſimplicibus ideis per operationem mentis coagmentantur ideæ complexæ.

HActenus *ideas* iſtas conſideravimus, in quibus recipiendis animus pure paſſivus eſt (36), hæ ſunt ſuperius memoratæ ſimplices iſtæ ideæ a *ſenſatione* & *reflexione* natæ, quarum haud poteſt animus ſolus quampiam effingere, nec *ideam* aliquam habere, quæ non penitus ex iis conſtet. Quemadmodum vero mens pure paſſiva eſt in ſimplicibus *ideis* omnibus recipiendis, ita plurimi ſunt actus ejus, quibus ex ſimplicibus *ideis* ſuis, tanquam aliarum materia, reliquæ omnes effinguntur. Actus mentis, quibus in *ideas* ſimplices potentiam ſuam exerit, tres ſunt præcipue, 1. Plures *ideas* ſimplices in unam conjungit; hoc modo complexæ omnes *ideæ* conficiuntur. 2. Duas *ideas*, ſive ſimplices, ſive complexas, prope ſe invicem ita collocat, ut eas, licet non combinentur in unicam ideam, coram ſimul intueri poſſit: quo modo relationum ideas omnes nanciſcitur. 3. Abſtrahit eas ab aliis *ideis* omnibus, quæ in reali exiſtentia comitantur ipſas, quæ dicitur abſtractio: quo modo generales omnes ideas efficimus. Hi actus diverſi oſtendunt, quæ ſit potentia hominis; & quod iſtius modus operandi in mundo ſenſibili atque intelligibili idem propemodum ſit. Supra hominem enim eſt, hujus aut iſtius mundi materiam efficere, aut deſtrue-

(36) Falſum: Activus potius (*V. adn.* 4.)

re penitus; tantummodo potest eas simul in unum conjungere, aut ideam aliam juxta aliam ponere, aut eas a se mutuo abstrahere. In præsenti satis mihi erit, complexas *ideas* contemplanti, primum mentis actum tractare; ceteri duo suis locis post tractabuntur. Sicut autem videmus, simplices istas ideas in multarum simul junctarum multiplici complexione existere; ita potest animus plures simul conjunctas tanquam *ideam* unam contemplari; idque non solum, ut in objectis externis junctæ sunt, verum prout etiam a mente ipsa conjunguntur. *Ideas* a pluribus simplicibus, simul sumptis, hoc modo conflatas, *complexas* voco; ejus generis sunt *pulchritudo*, *gratitudo*, *homo*, *exercitus*, *universum*; quæ etiamsi e variis *ideis* simplicibus, aut, quæ e simplicibus constant, *ideis complexis* conflatæ sint, tamen, quandocunque voluerit intellectus, singulæ seorsum, tanquam res una, considerantur, & uno nomine signantur (37).

§. II.

---

(37) En mea opinio circa ideas complexas. Mens non magis activa est quam in simplicioribus ideis; tam in hoc, quam in illo actu eamdem gignit vim; quæcunque sit repræsentatio sibi facta alicujus rei, mens debet attentionem præstare, secus nihil videt; hæc attentio, quæcunque sit, est effectus animæ facultatis, ergo vim supponit; eadem vi, at intensiori modo applicata, adnotat minimas relationes, differentias similitudinesque charactterum plurium rerum repræsentatarum; detecta quadam speciali differentia vel similitudine remanet mens in contemplando, & omittit reliqua. Ex hoc actu fit, quod anima non videat præter ea, in quibus immoratur, & cum omnia extra se videre credit, imaginat, quoddam subjectum extrinsecus adesse revera. Quid ergo est? Anima in complexione idearum nihil aliud facit, quam maxima attentione has illasque notas sibi repræsentare, & differentiam similitudinemve percipere continuo; per consequens videt in ideis simplicioribus omnia, quæ complexa dicuntur; non efformat ergo, ita ut actus requiratur diversus, sed nude sibi repræsentat, diutius immorando in quibusdam peculiaribus characte-

§. II.

Voluntarie fiunt.

IN facultate hac iterandi & componendi *ideas* suas, magna vis animi est ad varianda multiplicandaque objecta cogitationum suarum, infinite propemodum, ultra quam sensatio, aut reflexio ei suppeditavit: ea tamen omnis ad simplices istas *ideas* restringitur, quas e duplici isto fonte recipit, quæque omnium istius compositionum ultima sunt materia. Simplices enim *ideæ* omnes sunt a rebus ipsis: neque illarum plures aut alias mens habere potest, quam quæ illi suggeruntur. Haud aliæ qualitatum sensibilium *ideæ* possunt isti inesse, quam quæ extrinsecus per sensus ingrediuntur: nec aliæ quædam *ideæ* alterius generis operationum substantiæ cogitantis, quam quas in semet experitur: quando vero simplices hasce *ideas* semel nacta est, haud restringitur nude ad observationem eorum objectorum, quæ se ipsi offerunt extrinsecus; potest per suam ipsius vim eas, quibus prædita est, *ideas* componere, &, quas nunquam ita recipit, *novas complexas efficere* (38).

---

racteribus, & semper, post diuturnam intensioremque attentionem eadem videt, quatenus velit; habitus suam dirigendi aciem in hanc illamve partem imaginum, vel mutationum ab objectis extrinsecis efformatarum repetitis actibus acquisitus facile ad eam se reddit, & volenti non opponitur. Magnum idearum complexarum phænomenon perpendo, nec simpliciori, ac faciliori modo, quam hoc, posse fieri, autumo.

(38) En ratio, qua rudes & imperpoliti homines, ex eo quia voluntate carent ideas contemplandi, ejusmodi semper deprehendebantur.

§. III.

Modi sunt, substantiæ, aut relationes.

IDeæ *complexæ*, utcunque compositæ & decompositæ, etiamsi numerus illarum sit infinitus, uti & varietas etiam ista, qua cogitationes hominum implent, & exercent; ad tria tamen hæc capita reduci possunt.

1. *Modi*.
2. *Substantiæ*.
3. *Relationes*.

§. IV.

Modi.

PRimo, *Modos* appello complexas *ideas*, quæ utcunque compositæ, haud suppositionem includunt per se subsistendi, verum tanquam pendentes a substantiis, aut ut illarum affectiones considerantur; tales sunt *ideæ*, quæ per voces *triangulum*, *gratitudo homicidium* &c. signantur. Atque si hæc vox *modus* hic a me sensu sumatur, a communi significatione aliquantulum diverso, illud mihi condonari velim; fieri enim non potest, quin in tractatibus a communiter receptis notionibus discrepantibus, vel nova producantur nomina, vel antiqua in significatione usurpentur aliquatenus nova, quorum postremum consentaneum huic instituto nostro, & magis ferendum puto (39).

§. V.

(39) Modi in communi significatione sumuntur,, per ejusmodi „ affectiones, quarum ratio sufficiens extra essentiam in enti„ bus aliis continetur „; a Scholasticis appellabantur *accidentia* *præ-*

§. V.

Modi simplices & mixti.

HOrum *modorum* duo sunt genera, quæ distincte sunt consideranda. *Primo*, quidam sunt, qui tantummodo sunt variationes, aut ejusdem ideæ complexiones diversæ, sine ullius alterius mixtione, ut *duodecim* aut *viginti*; quæ nihil aliud sunt, præter *ideas* tot distinctarum unitatum in unum additarum; atque hos appello *modos simplices*, quoniam intra simplicis unius *ideæ* terminos continentur. *Secundo*, alii componuntur e diversorum generum *ideis* simplicibus, quæ ideo conjunguntur, ut unam complexam efficiant; v. gr. *forma* oritur e compositione quadam coloris, & figuræ, quæ in spectante delectationem efficit (40); *furtum*, quod clandestina est mutatio possessionis rei cujusdam, absque possessoris consensu, continet in se, ut liquido patet, plurium *idearum* diversi generis complexionem (41); hos voco *modos mixtos*.

§. VI.

---

prædicabilia: quæ ab *accidentibus prædicamentalibus* distinguebantur. Lockius per modum intelligit hic, actum complexionis: vel luculentius unionem idearum Differt ergo modus, juxta eum, a modo communiter sumpto, ratione actus repræsentationis. Si mihi repræsento quid alicui simplici conjunctum, Lockiano sensu, modum percipio; si postea repræsento quid substantiæ inesse, e qua tolli possit, superstite eadem substantia, ut *Eruditio* Homini, tum sensu communi modum concipio.

(40) Apponam Appendicem, quam Franciscus Soave capiti huic posuit, a nobis latine redditam.

(41) Sub vocabulo *furto* plures actus continentur, per consequens complures repræsentationes vel ideæ. I. Actus hominum in bonorum possessione legitima II. Actus furantium. III. Actus illegitime possidentium Si ergo has actuum repræsentationes simul conjungo, & tanquam unum mihi animo eas repræsento, effor-

§. VI.

Substantiæ aut simplices sunt aut collectivæ.

SEcundo, *Substantiarum ideæ* tales sunt *idearum* simplicium complexiones, quales sumuntur, ad distinctas res particulares, per se subsistentes repræsentandas (42); in quibus supposita aut confusa *idea* substantiæ, qualis qualis est, principem locum semper occupat. Ita si substantiæ jungamus *ideam* simplicem obscuri cujusdam subalbi coloris, una cum certis quibusdam gradibus ponderis, duritiei, ductilitatis & fusibilitatis, plumbi ideam nanciscimur; & *idearum* complexio certæ cujusdam figuræ, una cum potentiis motus, cogitationis & ratiocinii, ad substantiam adjunctis vulgarem *hominis* ideam componunt. Substantiarum etiam duo sunt genera *idearum*; unum substantiarum singularium, prout separatæ existunt, uti *homines*, aut *ovis*; alterum plurium simul junctarum, uti exercitus, aut gregis ovium; quæ *col-*

---

efformo quamdam idearum complexionem, quam Lockius modum *mixtum* appellat. Hic modus ex idearum diversi generis conjunctione exurgit, ut videtis, & dicitur *modus*, ex eo quia supersunt ideæ, etsi complexio destruatur, *mixtus* ratione idearum diversitatis, quæ non observatur in modis simplicibus: sunt hi modi repræsentationes actuum ejusdem generis: concipio plura ut individua duntaxat, & actus quo unum ab altero sejungitur; si postea mihi animo repræsento actum translationis unius ad alterum, & actum eorum possessionis, modum primo casu *simplicem*, secundo *mixtum* concipio, mihi enim tum non repræsento, quam actus ejusdem generis non sic postea. Itaque modus, a Lockio conceptus, est, ut diximus, repræsentantio actuum: appellatur modus *simplex*, si ejusdem generis, *mixtus* si actus diversi generis concipiuntur; differunt ergo Lockiani modi ab illis a communi philosophorum opinione conceptis, quatenus non existunt quam in nuda repræsentatione; per consequens non in re, ut reliqui a philosophis excogitati.

(42) *V. analyſ. intell. adn.* (a).

collectivæ ideæ variarum ſubſtantiarum hoc modo junctarum, ſingulæ haud minus ſunt una *idea* ſimplex, quam homo, aut unitas. (43)

§. VII.

Relatio.

TErtio, *idearum* complexarum illud genus eſt ultimum, quod *Relationem* vocamus, quæ conſiſtit in conſideratione & comparatione unius ideæ cum alia; de variis hiſce generibus ordine tractabimus.

§. VIII.

Abſtruſiſſimæ ideæ a duobus fontibus.

SI mentis noſtræ progreſſum pedetentim conſequi volumus, & conſiderare diligenter, quomodo iteret, conjungat, & uniat ſimplices *ideas*, a ſenſatione aut reflexione receptas, illud longius nos ducet, quam initio fortaſſe putavimus. Et reperiemus, arbitror, ſi modo notionum noſtrarum fontem & principium diligenter obſervemus, *abſtruſiſſimas ideas*, licet quam maxime remotæ videantur a ſenſu, aut quadam operatione mentis noſtræ, tales duntaxat eſſe, quales mens ſibimet fingit, iterando aut conjungendo *ideas*, quas vel a ſenſus objectis, aut ſuis ipſius circa eas ideas, quas accepit a ſenſibus, operationibus adepta eſt: adeo, ut amplæ iſtæ *abſtractæque*

(43) Ponamus cum Leibnitio, *ſubſtantiam* eſſe id quod eſt vi agendi præditum: en complexio idearum. Tum ſub vocabulo ſubſtantiæ concipio quid, cui inſunt ea quæ diverſas ideas excitant ut illo exiſtentiæ, poſſibilitatis, potentiæ, mutationis &c.

que ideæ a *sensatione* aut *reflexione* ortum traxerint, cum non aliæ sint, quam quas animus per ordinarium facultatum suarum usum, quæ versantur circa *ideas*, a sensus objectis receptas, aut operationibus, quas in semet experitur circa illa, potest consequi, & etiam actu consequitur. Hoc ego in *ideis* istis *spatii*, *temporis*, & *infinitatis*, quas habemus, & paucis quibusdam aliis, quæ ab hisce fontibus remotissimæ videntur, palam facturus sum.



AP-



APPENDIX
FRANCISCI SOAVE.

De Pulchritudine.

PUlchritudo a Lockio indicata, non est quam ea, quæ vultui convenit. Sub uno generalique intuitu, hoc vocabulum perpendam, & *pulchritudinis* naturam, qualis vera sit, perquiram. Complures hac de re scripsere. Articulum *Beau* Enciclopediæ, & Præfatio *Domini Formey* (*V. Traité du* Beau *P. André*) ejusmodi scriptorum, illorumque opinionum longam de hoc tradunt historiam, etsi enim multæ variæque hæ sint opiniones, attamen nullam extare, quæ pulchritudini præcisam completamque notionem nobis afferat, non indebite puto.

Ego primum observo, hoc non applicari vocabulum, nisi eis, quæ ad repræsentationem efformandam aptiora invenimus. Quæ simplicem modificationem nobis excitant, nullum hic locum tenere videmus. *Color* ac *sonus* pulcher appellatur, non ita *odor*, & *sapor*. Per consequens pulchritudo in repræsentatione est considerānda: verum non quælibet repræsentatio pulchra est, si nobis displicet; *Pulchritudo ergo in jucunda grataque repræsentatione debet consistere.*

Quid requiratur, ut repræsentatio talis evadat, est modo videndum. Exercitium quodlibet, ait Dominus *Pouilly* (*V. Theorie des sentimens agreables*) quod organa corporea minime debilitet (& addam ego, quod non lædat) voluptas est. *Lux* igitur coloresque repræsentationem eo pulchriorem offerent, quo magis, nulla læsione, ac debilitate visus facta, erit nobis vividior. Ex hoc fit, quod eo pulchriora nobis videntur esse objecta, quo magis irradiata; diaphana ideo opacis, & levicata asperis, pulchriora obversamus; colores eo pulchriores dicuntur, quo magis continent lucem, videlicet, quantum ab obscuritate reclinant; in colorum serie a violaceo usque ad rubrum perveniens gradatim augetur pulchritudo, non alia ratione, quam quia lux continua imperturbataque serie augendo progreditur. Niger, in quo tenuis est lux, in pulchritudine est minimus. Albus, in quo lux est maxima, si pro pulchriori non habetur, forsan est, vel quia ipsamet lux retinam lædit, ut accidit cui nivem diu respicit, vel quia nimis communis sit, qua causa parum existimatur.

Præ-

Præter organorum corporeorum exercitium (pergit Dominus *Pouilly*) voluptas quoque est illud animi exercitium , quod facultatem non delasset . Repræsentatio ergo eo jucundior est , & pulchrior , quo major numerus idearum imaginumque uno tempore se nobis offert , & quo facilius unico actu concipi potest . Hæc est origo altera , copiosiorque pulchritudinis . Varietas unitati conjuncta non est , quam per hoc titulum pulchra *Regula* , *proportio* , *ordo* , *symmetria* pulchrum non efformant , quam eadem causa .

Quod de visibili pulchritudine locuti sumus, musicæ pulchritudini quit applicari . Sonus in se consideratus eo pulchrior est quo dulcius auditum exercet . Sonorum successio , quæ efficit concentum, est sonorum contemporanea unio , in qua verus consistit concentus, & eo majorem habent pulchritudinem, quo majorem relationum comprehensibilium varietatem nobis soni repræsentant . Si conjungitur expressio , hoc est imitatio phænomenorum naturalium , vel affectuum characterum , major pulchritudo fit , ex eo quia majorem repræsentationum numerum uno tempore offert .

Præter hanc pulchritudinem , quæ *physica* appellari potest , extat altera , quæ *metaphysica* dici quit , quæ vel in ingenii operibus invenitur & *pulchritudinis intellectualis* , vel actionibus moralibus , & *pulchritudinis moralis* nomine potest insigniri . Hæc pulchritudo in grata adhuc jucundaque repræsentatione consistit ; at parum vel nihil pendet ab organorum corporeorum exercitatione , & pro hac potius ab animæ facultatibus non ab ipso exercitio delassatis . Hinc *Oratio*, *Poema* , *historia* , *tractatus physicus* , *mathematicus* , *politicus &c.* eo est in toto , & in partibus pulchrior , quo major est *idearum* , *imaginum* , *cognitionumve* numerus , quem nobis repræsentat , hoc est quo magis facultates animi exercet, & quo magis *simplicitate* , *claritate* , *ordine* comprehensibiles nobis ideas reddit . Eadem ratione eo pulchrior est actio moralis, quo grandior est, videlicet quo plures virtutum ideas nobis repræsentat , quo *rara* est , scilicet quo ideæ nobis novæ videntur , quo *difficilior* , hoc est quo magis has repræsentationes ab ideis obstaculorum , quæ jam victa fuere , adauctas perspicimus .

Per consequens e quovis latere aspiciamus *pulchritudinem* non est præter jucundam repræsentationem , quæ vivide organa corporea absque læsione , vel animi facultates , non delassando exerceat , vel utrumque uno tempore efficiat .

ME-

MEDITATIO
JOHANNIS LEONARDI MARUGJ
De Pulchritudine.

PLuries opportuniori loco repetivimus, nos facultatem habere inter se ligandi ideas, adeo ut posita una, alteram contemplemur (42. *tom.* II). Ex hoc sequitur, quod si ab infantia ideam pulchritudinis vel deformitatis quibusdam actionibus figuris &c. conjungimus, semper, vel pene semper in eis pulchritudinem, vel deformitatem videmus. Cum ergo idearum associatio tota arbitraria sit, ac juxta educationem, commercium habitum (*a*), versatilis, sic pariter pulchritudinis ac deformitatis idea versatilis habetur. Ut æquo pergamus pede, populos, eorumque actiones perpendamus, & argumentum explanemus.

Quod actiones modo pulchræ, modo deformes, juxta hominum opiniones, vel luculentius juxta eorum ideas, reputentur, uberrime fuit demonstratum (*b*). Videndum est igitur, an idem circa objecta eveniat, ut pulchritudinem non in intrinseca actionum objectorumque natura consistere, dicamus.

Gratias adinveniunt *Abyssini* in naribus depressis: in aquilinis *Persides*; & *Siamenses* dentes albos, quos nos valde existimamus, pro deformitate tenent: quam ob rem eos nigris rubrisque coloribus communiter pingunt. In Guinea labium perforatur fœminis, & ut tumidum, involutumque remaneat, in quo magna, exquisitaque pulchritudo invenitur, foramini lignorum frustula apponunt (*c*); *Brasilienses* suis filiolis naris apicem deprimunt: figuram capiti acuminatam *Missipienses* efflagitant, & a primo vitæ tempore eam suis natis procurant. Non desunt adhuc alii, qui in figura satis nobis perridicula pulchritudinem reponunt. Incessum habere gravem, ventrem pinguiorem, latam frontem, oculos parvos, narem brevem, est Cinensibus singularis pulchritudo (*d*). Complura hujus generis legi possunt de accolis *Ne-*

(a) *V.* 50. 69. *tom.* 1.
(b) *V.* 56. 59. 66. 67. *tom.* 1.
(c) *V. Maimburg. Stor. delle Crociate.*
(d) *V. Memor. della China de la Conte.*

Nova Zelandia (*e*). Sed ne longius progrediamur, nostras perpendamus inclinationes, & judicium circa mulieres liberrime pandamus. O quam diversum, & versatile est! Quod mihi placet, displicet tibi, quod ego tanquam Venerem teneo, tu forsan tanquam *Celeno* habes. OVIDIUS & CARTESIUS pulchritudinem in oculis luscinosis locarunt. *Si pœta est Veneri similis*, dixit Ovidius (*f*): pro ANACREONTE, & PETRONIO pulchritudo erat, habere *supercilia usque ad malorum strictum currentia, & rursus confinio luminum pene permixta* (*g*), & ipse Ovidius:

Arte supercilii confinia nuda repletis.

Hinc est, quod XENOPHON Medum, cui nomen *Araspis*, perbelle introducit affirmantem, per se pulchritudinem non habere vim perstringendi quemquam; si hoc esset, pergit ille, non secus ac ignis omnia sibi proxima urit, species ageret pariter in hominibus, cum contra observentur hi ab hac pulchritudine capti, non illi: unus amat illam, alter diligit illam; uno verbo dicam, hoc a voluntate pendet, nec amat quilibet, nisi quam ille cupiat (*h*); & melius nos dicemus ab associatione idearum emergit. En verba præclari Metaphysici CONDILLAC. „ Harum associationum causa ultra modum pro quibusdam nostrum spiritum prævenimus, injustique contra alios „ illum disponimus. Hoc fit ex eo quia quidquid ex amicis, „ inimicisque nos ferit, jucundis, gratisque, ceu molestis ac „ injucundis conceptibus, quos experimur in illis, naturaliter alligamus; quapropter defectus illorum aliquid de gratiis, quas „ eis invenimus, & bonas istorum qualitates de vitiis eis recensitis participare, credimus. Hæ associationes permagne influunt in nos; amorem vel odium vigere faciunt: existimationem nostram, conteptumve fovent, gratitudinem vel querelam excitant: sympathias tandem, antipathiasque, & omnes „ cerebrosas inclinationes, de quibus haud facile est rationem „ invenire, luculenter producunt „. Nonne dicendum est idem de consuetudine, figuraque tegminum, ac domuum mobiliumque dispositione? Hodie cecidisse quod heri magno clamore vigebat, inter homines quis est qui ignorat?

Non

(*e*) *V. Viagg del Cap. Cook.*
(*f*) *V. de art. am lib. III.*
(*g*) *V. Anacr. Od.* 28. *Petr. Satyric.*
(*h*) *V. De instit Cyr, lib. 5. cap. 1. P. 5. 6. 7.*

Non ideo volo ab hac sola causa pulchritudinem repetere, tantum idearum associationes huic maximopere conferre, cum ratione censeo; qui phænomena sub una, generalique lege reducunt, extensionem, ac naturæ libertatem ignorant. Si ea, quæcunque sint, animo perpendamus, ad formationem cujuscunque phænomeni plura in unum concurrere inveniemus. Ratio sufficiens, qua isti, illique populi hanc illamve formam pro pulchriore ab initio sumere, deficeret sane, si sola idearum conjunctionem respiciamus. Et ut ita se res habeat, dicant alioquin, qua ratione *Sinam* incolentes figura perridicula nobis ac gravis illo primo tempore peculiari suavique modo percertiet, & omnium desideria, ac inclinationes tangat ejusmodi, ut ad fluminis instar animum, ac Sinensium corda sibi retro trahat? Extare debet ratio, qua ideam suavitatis cum figura illa conjungant, quapropter animum recreando sola illius repræsentatio benevolentiam conciliat. Hæc ratio quæcunque sit, associationis dictæ figuræ cum suavitate, ut uno verbo dicam, cum pulchritudine, causa fuit imprimis. Et ut pergamus rectius, modo quo nobis datur, eam evolvere pertentabimus.

Duobus modis possumus pulchritudinem considerare: *subjective*, ut ajunt Logici, & *objective*. Primo sensu cum *P. SOAVE* convenimus „eam in grata jucundaque repræsentatione consistere„. Sed ut a qualibet voluptate præcise eam distinguamus, *alicujus visibilis objecti* repræsentationi addere, permagni interesse puto. Secundo sensu, mihi, non esse, videtur, quam „ proprie„ tas alicujus visibilis objecti animum sibi nostrum reconci„ liandi, & delectatione afficiendi„; si ad has simplicesque notiones satis generales mentem adhæreamus nostram, tuto animo dicam, ideam pulchritudinis nobis sistere, enodateque habere, & effectus, quos ex illa in nobis persentiscimus, ac fluere videmus faciliori modo, minorique labore explanabimus.

Mutationes organo sensorio nostro excitatæ si ejusmodi sint, ut non solum naturalem statum non destruant, ut in molestia observatur, verum temperent, ceu majori gradu conservent, ut alibi demonstravimus (i), & demonstraturi erimus in nostro hypochondriæ tractatu, quem brevi luci dabimus, voluptatem afferunt profecto. Itaque permagni refert, hic tantum enodare, quæ visibilia objecta potissimam facultatem teneant, naturalem statum augendi, recuperandive, sint *Physica*, *Moralia*, vel ut cum *SOAVE* dicamus, *intellectui dicata*. Ad hoc evolvendum tria requiruntur. I. Naturalem statum internoscere. II. gradus præscribere. III. relationes comparare. Argumentum hoc, in-

(i) *V. Malatt. Flat. tom. II. Lem. IV. Av. II. III.*

involutum, ac perdifficile satis, in ipsomet hypochondriæ tractatu percurram; quapropter hic per summa capita referre, satius esse, credam.

Natura vitam nobis dedit, voluitque, nos vivere; constituit ergo nos nostrasque partes ejusmodi, ut ad eam semper continuoque tendamus, & proprietatem, qua id absolvitur, tam insitam nobis nostrisque partibus fecit, ut ea diminuta, seu ablata, vita, & finis nostræ existentiæ, nec non *status naturalis*, ut ajunt, diminuitur vel prorsus amittitur. Hinc habetur perspectum, gradum proprietatis hujus gradum naturalis status constituere, atque figere. Juxta medicorum, metaphysicorumque mentem, vita in continua perennique actione, vel ut ajunt *in actionum exercitio* est posita: quapropter videtis, proprietatem, de qua locuti sumus, inesse in actione, & gradus ipsius actionis, quoad totum, ac partes, vitæ gradus præscribere, atque metiri. Machina nostra cum ejusmodi efformata sit, ut uno tempore, quo una illius pars agit, altera patitur, & quo patitur una, altera agit, excessum actionis, vel passionis graduum, quæ una simul considerantur. gradus *naturalis*, vel *nonnaturalis status* enunciat. Ex hoc sequitur, quod si nullus oriatur excessus inter actionis passionisque gradus, nulla adest tum voluptas, nullusque dolor: vita (sit venia verbo) impassibilis, ac pene ejusmodi. trahitur: verum ut luculentis terminis utar, animal in indifferenti statu naturaliter invenitur (*k*). Si labitur itaque ex hoc in alium statum anima mutationem percipit, & ea gaudet, vel dolet. Adnotandum porro, quod actio vel passionem reliquarum partium superet, quando potentia non reficitur, vel eadem actione pars quædam ad passionem eandem tendit, *molestia*. *dolor* potius, non *gaudium* vel *voluptatem* parit.

Ex corporis constitutione ad animæ naturam progrediamur. Principium agens est, & fuit ad agendum constitutum. Complures philosophi ab hac veritate compenetrati, cogitavere, in actione essentiam sui esse constitutam, quapropter semper eam cogitare dixere; nos demonstravimus, potius in potentiali non in actuali cogitatione essentiam animæ constitutam esse (*l*) per consequens actio supponit potentiam, nec complementum requiritur. Quidquid de hoc sit, verum esse arbitror, animam nostram esse principium agens, & gaudere de statu perfectiori, hoc est de majori actione, & de minori, ac imperfectiori statu contristari. Quam ob rem, quo plura percipit, eo magis gaudet, & econtra. Cæteroquin in actione consideranda est intensitas;

(k) V. 65 tom. 1.
(l) V. 111. tom. 1.

tas; quo majori intensitate id perficitur, majori gaudio anima perfunditur. Hoc evoluto pulchritudinem cominus perspiciamus, & eam contemplemur; per consequens. I. *De pulchritudine intellectuali*. II. *De pulchritudine morali*. III. *De physica* denique dicemus.

Mihi repraesento Opus Mathematicum, Politicum, Theologicum &c., & illud meae reflexioni subjicio: anima in actione est, ergo voluptate fruitur, eoque magis, quo magis actio augetur, & quod idem sonat, quod eodem tempore concipit plura, & quasi sub uno puncto percipit. Hinc fit, quod si defectu attentionis, inopia idearum, acumine quo sum destitutus nihil vel parum in eo percipio, etsi pulchritudo *objectiva* illi inhaeret, cum nulla actio mihi animo extet, nulla tamen detegitur pulchritudo, & ut commune opus rejiciam. Pulchritudo *objectiva* est tum in opere, at *subjectiva* deficit porro. Hinc commune effatum

Pro captu lectoris habent sua fata libelli.

Ponamus nunc, quod inopia idearum peccet revera opus, vel notiones tam in eo sejunctae sint, ut eas animo colligendo, resistentiam sentiam, vel confusionem, ex eo quia parum, vel nihil est in eo percipiendum, ceu resistentia est actioni proportionalis, cum nullus extet actionis excessus nulla in eo detegitur voluptas; imo si resistentia actionem superet, pondus in me oritur, & molestia, taedioque affectus illud tanquam informe rejicio. Videtis itaque, quod in Opere vera pulchritudo, quam *objectivam* appellavimus, deficit profecto. Erniamus nunc *intellectuali* pulchritudinis definitionem. Objectiva ac intellectualis pulchritudo est „ ille modus, quo quicquam continet in se plu„ res comprehensibiles ideas, facili viciniorique modo connexas, „ ut minori labore, minorique tempore concipi queant „.

Subjectiva intellectualis pulchritudo „ est modus, quo quicquam „ mentem exercet, non interrumpendo cursum perceptionum, „ neque eam delassando „ (m). Hoc enodato, ad moralem progrediamur.

H 2 Pul-

(m) Adnotate ergo quid requiratur, ut scripta vestra sint pulchritudine perfusa. Scribite I. a principiis certis & praecognitis exordiendo, ut ne lectores ab initio difficultatem sentiant. II. Ideatum fluxu, ac legitima connexione, ut lectio non interrumpatur. III. Sub uno perinde puncto complures ideas colligite, ut mentem intensitate exerceant. IV. Novis ideis utamini, ut majori actione mens egeat. V. Stylo facili, atque comprehensibi-

Pulchra dicitur actio, quando magna reputatur; quapropter hominum operationibus eo majorem esse pulchritudinem dicimus, quo majorem actionem in operando concipimus. *Magnus animus* cum pulchro sæpe sæpius confunditur, & nihil aliud pro eo concipimus, quam animum, qui in operando magnam actionem perdurat. His præhabitis, meditationes sequamur.

Veteres philosophi diviserunt appetitum in appetitum *rationalem*, & *concupiscibilem* (n). Rationalem posuere in *superiori*, ut ajebant, vel *intellectiva* animi parte, *concupiscibilem* postea in *inferiori*, sive *sensitiva* constituere. Hinc dicebant, unum esse altero oppositum, & discrepanti modo nobis agere. Quomodo intelligi debeat hæc inferior, ac superior animi pars, hic quidem ignoro; quod pro certo tenemus, est, appetitum rationalem oriri ex repræsentatione distincta alicujus objecti, quatenus scilicet percipiatur bonum in consequentia rationis (o); sensitivum emergere ex repræsentatione confusa, vel quatenus oriatur in organo sensorio nostro quædam jucunda, ac grata mutatio. Ex dictis deducitur, quod operationes hominum, quatenus de obstaculis triumphant, vel quod idem sonat, quatenus in consequentia rationis producuntur, pulchræ sunt, deformes contra, ac injucundæ, quatenus a repræsentatione confusa, hoc est absque ulla animi actione fuere confectæ. Quod ita se res habeat, hic mihi esto.

Quidquid per sensus percipitur, confuse percipitur, tum mens nihil, vel parum agit: simplex perceptio, vel terminis ne confundamur, *sensatio* est primus actionis gradus, & anima vix in ea sentit, se agere. Hinc statim ac a quodam objecto est sensorium nostrum excitatum, naturali periode pondere nos inclinare vel reclinare sentimus, ad objectum, vel ab objecto, juxta quod gratas, molestasque sensationes nobis excitat. Vides ergo, quod anima quasi serva tum ducitur, & mechanicæ corporis sui favere, si nullam exercet vim in distincte percipiendo illud, quo tendit, sit nec ne sibi bonum. Operatio igitur quæcunque sit, a confusa repræsentatione producta, cum nullam, vel quam-

---

sibili conscribite, ut ideæ intelligantur. Si hoc faciatis, scripta vestra pulchritudine objectiva gaudent; pro subjectiva postea est orandum, ne ad lectores crassæ minervæ perveniant.

(n) *Duplex*, ait Cicero, *est enim vis animorum, atque natura. Una pars in appetitu posita, quæ est ὁρμή Græce, quæ hominem huc & illuc rapit; altera in ratione, quæ docet, & explanat quid faciendum fugiendumque sit.* (*V. de Off.*)

(o) *V.* 28. 34. 53. 63. *tom.* 1.

quasi nullam (*) animi actionem supponat, nullam in se continet pulchritudinem: quapropter qui ita operatur *servus moralis* appellari solet, non item si a repræsentatione distincta emergat. Argumentum enodemus.

Anima appetit quod sibi ratio suadet, per consequens, quod a nexu veritatum percipitur (p), vel quod idem sonat, distincte percipitur Si ad id determinatur, contra conatum corporis agit, & eo magis, quo magis impulsus sensuales ad oppositam nos trahunt partem. Introspiciamus affectus. Ponamus, aliquid grate jucundeque nostrum organum exercere, primo intuitu, ad illud nos tendere sentimus, & anima si nullam adhibet vim, brute trahitur: contra, lucta inter confusam distinctamque perceptionem exurgit:

. . . . *Video meliora, proboque,*
Deteriora sequor.

Haud absimili modo hanc luctam explicat Paulus Apostolos illis dictis: *Video aliam legem in membris meis repugnantem legi mentis meæ: non quod volo bonum, hoc ago, sed quod nolo malum, illud operor.* Ut itaque primæ inclinationi anima resistat, debet vim exercere, & contra sensualem impulsum indesinenter agere. Operatio, quæcunque sit, a consilio rationis producta, vel quod idem sonat, quæ cum magna animi actione comitatur, pulchra est, & nos eam repræsentando, quia actionem adhibitam, in eam conficiendo, percipimus, ac in perceptione mens nostra pariter exercetur, nec non actionem pandit, ejusmodi repræsentatione delectamur, & pro pulchra tenemus. Hinc est, quod cum pulchritudo moralis a ratione pendeat, versatilis sit, non secus ac ipsa ratio (q), per consequens pulchritudo moralis subjectiva pendet ab ideis, educatione, experientia, ac commercio nactis, retentisque, nec eadem est apud Indos, & Europæos, apud Romanos illius temporis ac istius, apud superstitiosos. & philosophos &c. Cæteroquin, etsi sub eodem clymate degentes, eadem educatione imbuti, eodemque commercio perpoliti sint homines, tamen non æqualiter sentiunt moralem pulchritudinem, nec ea omnibus ejusmodi videtur. Pendet hæc a gradu perceptionis in animo sibi repræsentando actionem in operando peractam. Multoties quæ contemplari debent prætermituntur, & nihil

(*) Dicitur *quasi nulla* actio, nam in percipiendo, sentiendoque anima agit, sed est hic primus actionis gradus (*V. tom.* 1.)
(p) *V.* 28. *tom.* 1.
(q) *V.* 62. *tom.* 1.

nihil actionis in eis percipitur; multoties illa, quæ grandioribus ideis associata fuere, attentionem trahunt; & cum magna diligentia perspicitur, quod pulchri in eis latet, etsi tenuissimum, majus semper habetur eo quod ab illis omittitur. Non idem dici debet de *objectiva*; hanc definiri posse puto „ per facultatem operationum, quæ animam exercent, ut suam producat actionem „. Hæc igitur semper est eadem, nec modificari potest, Idem dicendum esse puto de pulchritudine intellectuali: superest, rationem dicere, qua certis, ac peculiaribus ideis nonnullæ associantur operationes, quarum ope trahitur anima, immoraturque in eis contemplandis, & ipsa contemplatione gaudet. Hoc pendere puto a numero idearum, quas toto vitæ tempore nanciscimur. An revera sit, enodemus.

Ex tot tantisque ideis, quas homo adipiscitur, sunt profecto eæ, quæ ante reliqua excitant mentem, & trahunt attentionem. Quo magis ergo numerus idearum in mente reperitur, eo major occasio est, operationes cum illis associari. Comparativum melius eruitur in majori idearum numero quam in arctiori; quo magis augentur genera, eo melius fit delectus, & eum fini respondere videmus; non secus mens, habitu contemplandi acquisito, melius quam ea, quæ eodem habitu deficit, notas percipit, dijudicat, conjungit. Hinc est quod barbari, ac stupidi, quibus est idearum inopia, vel mentis torpedo ideam pulchritudinis ineptis puerilibusque ideis conjungunt; illi scilicet ob defectum idearum melioris notæ, isti propter mentis inertiam. Quid mirum ergo, quod idea majoris actionis deficiente, certis perridiculis operationibus pulchrum morale constituatur? Quid mirum, quod cum nequeant nonnulli se extollere mente, minimas distinctasque notas percipere, crassas ac rudes contemplentur, & mentis actionem majorem qua est, efficiendo, delectatione perfundantur? Non ita profecto esset, si majorem pulchritudinem libassent, vel a numero idearum, vel ab habitu contemplandi acquisito. Videtis ergo, qua ratione non æque omnibus invenitur tam moralis, quam intellectualis subjectiva pulchritudo: videtis qua illa perficitur, ratione educationis, commercii, experientiæ, meditationum, & habitus contemplandi: videtis demum cur non de eisdem pariter omnes delectamur, & opus magno philosophiæ lumine conscriptum, ut & operatio juxta distinctas reconditasque ideas confecta, nec sciolis, neque stupidis placet, tantum eis delectationem affert, qui pari lumine gaudent. Enodata, ut credimus, tam intellectualis, quam moralis pulchritudinis notione, ad physicam demum accedamus.

Quidquid, non delassando, potest organa nostra exercere, aie *SUAVE*, *pulchrum* est. Quod ad rem cum eo convenimus, non

quod ad

quod ad præcisionem. Meam explico mentem. Pulchram figuram percipio. En in me sentio *nescio quid*, quod perdurare cupio. Quædam mutatio ab indifferentiæ statu, in quo eram, ab objecto pulchritudine perfuso sane in me excitatur. Hæc, quæcunque sit, imprimis se pandit in organo visus, per consequens in sensibili parte ipsius organi Ubinam ergo nisi in retina? Levis pressio, vel undulatio producitur in ea; erit per consequens passio ipsius partis a radiis objecti producta. Duobus modis hæc modificari quit, vel juxta quosdam limites & proportiones, vel non. Primo casû cum adsit actio in vicinioribus, passione in nostris partibus exorta, ut diximus, ex pressione vel undulatione nervi optici oritur actio in cerebro, corde, cæterisque partibus cum eo connexis, quæ cum sit, ut fuit passio, inter quosdam limites, & proportiones, erit cum voluptate associatâ. Non sic secundo casu. Mechanicam hujus phænomeni exponam.

Objecta radiis lucis illustrata ipsos radios juxta suas superficies, & partes contentas refrangunt. Hinc est, quod semper invenitur proportio inter modificationem objecti & refrangibilitatem radiorum. Si ejusmodi est objectum constitutum, ut nulla adsit inter minima, & totale constituentis discrepantia, nulla inconcinna partium dispositio, refrangibilitas radiorum in ejusmodi objectum incurrentium erit proportionalis ac ordinata, quapropter, cæteris paribus, erit nervi pressio ab ipsis radiis producta ordinata & proportionalis: per consequens fluidum per ipsum nervum prolatum ordinate atque symmetrice compressum, pariter ordinate atque symmetrice per ductus in cerebrum se fert, & ordinato ac proportionali modo illum premit, & in actione constituit. En ergo actio in cerebro orta, dum passio in retina adest: modo præcisiori, quo hoc conficitur, evolvemus in tractatû nostro de hypochondria, ubi argumentum id permagne postulat. Posita interdum ordinata ac proportionali actione in cerebro, ponitur æqualis pariter ac proportionata vitalis actio, quapropter organa ad hoc munus dicata, modo æquali, atque ordinato exercentur, & gradum perfectionis, vel ut diximus, majores vitæ gradus, & majorem voluptatem sentimus. Objecta ergo ejusmodi efformata, ut possint modo dicto, perfectionem hanc augere, pulchra dicuntur; deformia postea si contrariam dispositionem habent. Propter inæqualem ergo inconsonamque pressionem ab inæquali inconsona radiorum refrangibilitate ab improportione partium, inordinataque objecti visibilis superficie exortam, actio ultra limites, & proportiones in cerebro habetur, & organa ad vitæ munus dicata confuse, ac inordinate movent, moventurque, & hinc naturali parallelismo mutato, non solum voluptatem non gustamus, verum etiam tædium, aversationem, quemdam doloris gradum multoties persentiscimus. Ex dictis pulchritudo physice, ac ob-

jective considerata est „ quædam proportio inter objecti partes „ constituta, ut proportionalem symmetricam pressionem excitet „ in retina, ope cujus pressionis actio æqualis ac ordinata oria„ tur in cerebro, corde, cæterisque partibus ad vitam dicatis „. Quam ob rem, optimam esse videtis pulchritudinis Definitionem a Johanne *della Casa* allatam. *Pulchritudo unum est, hit* (r), *ex quo potest, plura*: *contra deformitas*. En itaque idearum associatarum origo; en causa, qua quibusdam figuris proportione quadam exaratis pulchritudinem tribuimus; en denique ratio, qua complures conveniunt, hoc illudve esse pulchrum, & pro ejusmodi haberi. Videndum est modo, an omnes, qui vitam sub cælo degunt, unum & idem pro pulchro teneant? Nequaquam porro. Ratio, qua pulchritudo in objectivam, & subjectivam sit dispescenda, hæc potissima est. Videmus ergo e quo fonte hæc eruatur ratio, & ut nobis datum veniat, hanc secundam partem enodemus.

Homines sub uno, quasi eodemque exemplare constituti, sub eodem cæli clymate efformati, organa uno perinde modo modificata, eadem irritabilitate ac proportione insigniti, eundem ac pene eundem *gustum* habent, & in unum de pulchro conveniunt; quapropter conventio hæc *sensus communis* appellatur. Quamquam pro universali hoc habeatur, non est ideo quod pro absoluto & sine controversia debeat teneri. Vidimus, nobis conceptus differre ratione idearum, commercio, ac educatione &c., & eadem ratione nobis diversa esse judicia, ac ratiocinia (ſ); vidimus pariter, *intellectualem*, ac *moralem pulchritudinem* esse diverse considerandam propter diversas ideas, quas nacti sumus; videbimus itaque, physicam pulchritudinem adhuc propter physicam constitutionem subjecti, quæ una ab alia recedit, maximopere differre. Discrepantia hæc in ipsamet subjecti natura, est quod dicitur *Gustus*, & sæpe sæpius auditis, hunc, illum optimo gustu gaudere: at cominus hanc diversam pulchritudinem respiciamus.

Omnes homines sunt diversa constitutione formati, nam etsi conveniant in Integrali forma, disconveniunt valde in proportione ac parallelismo, quo organa a natura efformata fuere: hinc est, quod quamquam omnes homines actionem ab objecto visibili sentiant, verum non pariter eam sentiunt. Differt hæc, & modificatur ratione subjecti, quod sustinet actionem. *Quicquid recipitur*, est pervulgatum in scholis, *per modum recipientis recipitur*; si ergo nervorum fasciculi, vel fibrillæ partium sint ejusmo-

(r) *V. Galat. di Monsig. della Casa*.
(ſ) *V*. 28. *tom*. 1.

ejusmodi efformatæ, ut, etsi ex æquali radiorum refrangibilitate fuerint commotæ, ac pressæ, inordinato inconsono modo moventur, tum pari modo cerebrum impressionem recipit, & vitales motus alterantur. Tum pulchra proportionataque figura pro eo, qui similem constitutionem habet, vel non est ejusmodi, vel saltem non eisdem pulchritudinis gradibus figuræ respondentibus percipitur. Contra vero irregularis inconcinnaque figura irregulares inconcinnasque fibras movens quamdam proportionem, & symmetricam undulationem producit, qua perfectionem organis excitabit, & voluptatem pariet. Videamus modo in quo præcise consistat hæc differentia subjecti, ut cum distinctione ideam *pulchritudis subjectivæ* acquiramus.

Fibrillæ nostrorum organorum, possunt plurimis modis differre, & subjectum unum ab alio diversum constituere. Hi modi differunt I. ratione naturæ partium constituentium. II. ratione earum densitatis. III. ratione situs. IV. ratione tensionis. Propter hos diversos modos diversas sensationes nobis excitari, videmus, pariter ergo diversa adhuc producitur ab objectis visibilibus mutatio. Hoc argumentum alibi percurri (*t*), attamen ne argumentum defraudem, breviori quo possum modo illud referam.

I. Inter omnes materiei partes quamdam analogiam observamus, & in ratione ejusdem analogiæ tendentiam ac inclinationem inesse, videmus. Hoc a celeberrimo Newtono explanatum, a cordatioribus expertum, in aprico ponitur. Ex hoc deducitur, quod radii a corporibus refracti, particulis subjecti ipsius imbuti se in oculum ferentes retinæ pressionem, ac undulationem inducunt. Hæc quæcunque sit pressio, vel undulatio est, ut actio ipsorum radiorum, & ut attractio retinæ erga eos, per consequens in ratione composita ex impetu quo reflectuntur, refranguntur que ab objecto visibili, & homogeneitate humorum, quibus imbuta est retina, cum eis a visibili objecto contentis, vel quod idem est, cæteris paribus, ex homogeneitate inter subjectum videns, & visibile existente. En ratio, si recte video, qua corpus nostrum multoties simplici intuitione concutitur valde; & a quibusdam subjectis, quasi fulmine correpti, sentimur odio, vel amore capti. Si levis est analogiæ gradus, levior est pariter impressio; si fortior, irresistibilis; ac perinde necessaria oritur inclinatio ad objectum, vel reclinatio ab ipso.

Fuit ab ipsomet incomparabili Newtono demonstratum, quod radius lucis eo fortius trahitur, atque refrangitur a qualibet par-

(t) *V. Malatt. Plat. tom. II. Cap. XXIII.*

parte, quo magis aleosa observatur (u), Hellamus (x) Hausbejus (y) aliique complures id pro comperto habuere. Quam ob rem videtis, radios ab objecto visibili emanatos vel refractos vehementius trahi a subjectis humores magis oleosos continentibus, quam ab aliis; per consequens majorem impressionem recipiunt qui sunt eisdem humoribus imbuti, ut qui gaudent bilioso temperamento, & hi ante cæteros sunt vehementius percussi, & a quibusdam subjectis agitati.

II. Adest alia ratio præter dictam, qua vehementius nonnulli ante alios impressiones sentiunt; & hæc eruitur a densitate diversa fibrillarum, quibus subjecta constantur. Fibræ nostræ oscillant, vel mutantur in ratione inversa densitatum (z), quapropter facillime comprehenditur, quod quo densiores sunt fibræ, eo minor impressio in eis ab objectis visibilibus emanata producitur, & contra. Hinc est, quod subjecta magis sensibilia sunt quo magis laxas habent fibras, & contra. Superest, ut evolvamus rationem, qua unum idemque subjectum huic odium, illique amorem excitet. En quod hac de re opinati sumus.

III. Fibræ nostræ, etsi proxime inter se in eadem ratione dispositæ eundem perinde situm teneant, attamen situm hunc ratione subjecti modificari, atque superstrui, perbelle videmus. Ex hoc originem trahere, tam ingentem, innegabilemque varietatem, qua ratione formæ, cogitationum, affectuumque unum ab altero individuo differt, non cerebrose putamus. Et ut ita se res habeat, brevi perpendamus tot dissimilia subjecta, quæ continuo ante oculos nobis obversari, aspicimus. O quam ingens, incredibilisque varietas! Quidquid pro composito habetur, a peculiari componentium dispositione exurgere, atque efformari, nonnemini constat. Totum integratum ab integralibus partibus pendere, totum modificari, ratione modificati partium, & novum ac diversum juxta modificationem ipsam, oriri semper, continuoque videmus. Tot itaque formarum, specierumque diversitas, qua hæc Universi machina condecoratur, pendet profecto a diversitate situs, quem fibrillæ, formam, & consistentiam repræsentantes, primo earum temporis articulo, sumsere, & imperturbabili lege a natura largita, reparant amissum, conservantque retentum. Hoc præstructo, facillime argumentum solvitur.

Ra-

(u) *V. Opt. lib. II. par. III. prop. X.*
(x) *V. Lectures pag. 229.*
(y) *V. Phys. mech. opp. §. X*
(z) *V. Malatt. Rat. tom. II, cap. I, II, III.*

Radii lucis ratione modificationis superficierum refranguntur, subjectum, in quod incurrunt, premunt, & ei modo diverso mutationem afferunt. Si superficies, e qua evolvuntur radii, nullam vel pene nullam proportionem teneant ad subjecta, in quibus agunt, vel agere debent, tum pressiones, ut ita dicam, mutationesque ab ipsis productæ, seu hoc illove subjecto producendæ, inordinatæ, inæquales essent; tum quodam undulatorio, inconsonoque motu exorto, gignitur quædam perturbata mutatio, & quid ingrati ab eo persentiscitur. Non ita si superficiebus subjectorum, in quæ impingunt, sint in quadam ratione respondentes, quandam analogiam ac proportionem servantes: tum etsi inorditate, ac inæqualiter refrangantur, radii ex eo quia inæquales ac inordinatas superficies impellunt, propter obstacula inordinatis radiis respondentia, ordinatas pressiones ac mutationes excitant. Ponamus modo ejusmodi esse subjectum constitutum, ut illi æqualis ordinataque mutatio excitetur, inæqualiter inconsonæque movendæ sint fibræ, tum visus objectorum irregularem superficiem habentium voluptatem gignit, tædium, aversionem contra. En ergo ratio, qua nonnulli irregularibus figuris delectantur, regularibus ordinatisque alii: nonnulli voluptate perfunduntur, vultum bipartitum, ac deformem videntes: speciem, formam symmetricam, ac regularem respicientes alii: pro his, ad symmetrice movendos, requiritur actio symmetrica ac regularis, non ita pro illis. Diverso modo radius a vultu bipartito, quam a plano & regulari refrangitur. Vis attrahens lucis major est, juxta naturæ investigatores, in angulatis partibus, quam in reliquis. Isaacus Newtonus, & post eum Grimaldus observavit radium lucis prope corporum opacorum, diaphanorumque angulos transientem a viis rectilineis reflecti, & a vi illa propemodum attracti circa ejusmodi corpora incurvantur, & eo magis inflectuntur, quo magis ad ipsamet corpora accedunt. Videtis ergo quod majori vi possunt radii ab uno quam ab alio objecti puncto proficisci, & irregulares motus accipere e vultu irregulari; quapropter symmetrice irregulare subjectum movet mutatque. Luculenter videtis, quod regularia subjecta non gaudeant, quam regularibus objectis, deformia deformibus atque inordinatis. Quid mirum ergo, quod Sinenses ejusmodi objecta pro pulchris teneant? Quid mirum, quod pro pulchris voluptatem non sentiat, qui cum magna improportione partium fuit constitutus (*)? Quid mirum denique quod judi-

(*) Si perparum picturam considerabimus, videbimus pulchram vel deformem esse, ratione descriptorum accidentium. Umbræ ma-

judicium circa visibilia objecta erutum, quod dicitur gustus, tam varie modificetur? Hactenus de pulchritudine physica generatim considerata, ac de voluptate vel tædio ab objectis visibilibus producta; nunc de pulchritudine in specie, & de voluptate vel tædio ab animalibus objectis excitato, vel quod idem sonat de amore, ac odio, quod pro aliis, vel contra alios persentiscimus.

Hoc reducitur ad gratum, vel molestum sensum perceptum; est igitur inquirendum, qua ratione objecta incongruam, irregularemque mutationem excitantia possunt gratam sensationem producere, & contra; vel quod idem est, qua ratione nonnulli objecta ab aliis invisa sequuntur, eis delectantur, & pulchriora abhorreant, negligantque? Pariter qua ratione hic vehementius amore agitatur pro objecto, in quod alius odio excruciatur? Perpendamus.

Machina nostra est ejusmodi constituta, ut in unum omnia concurrant, & vitam constituant. Defectus unius entis ad vitam, defectus est perfectionis (*aa*). Hinc est, quod omnia quadam proportione respondent inter se, & quasi manum sibi ad invicem præstant. Si tollitur proportio hæc, oritur statim vitæ defectus, & actionibus, quibus corpora vigent, deficientibus, anima quodam modo contristatur, & tædium, vel dolorem sentit (*bb*). Ergo si retina a radiis objectum repræsentantibus æqualiter ordinateque premetur, propter dictam connexionem, in cerebro analoga ac symmetrica pressio oritur, & hinc fluidus nerveus undique pressus, atque æqualiter compulsus celeritet quantitateque majori affluit in cordis partes, & nervos cardiacos replendo ventriculis cordis vim majorem excitat, motumque majorem sanguini suppeditat (*), & partes, per quas diffunditur, agentes

---

majores, minoresve, colores proportionaliter vel improportionaliter conjuncti, Sandaracha in quantitate majori minorique perfusa, lineæ confluenres & quodam symmetrico vel assimetro modo convergentes est id, quod picturæ pulchrum, vel deforme constituit.

(aa) *V. Malatt. stat. tom.* 1. *Def* 3. *Avv. IV.*

(bb) *Ib. tom.* 2. *Teor. X. Avv.* 2.

(*) En ratio, qua inflammantur genæ simili objecto perspecto. Fluidus eo magis per rectam directionem transfertur, quo celeriori motu ducitur; quapropter sanguis per Aortam ascendentem in majori quantitate ac impetu ductus, arterias carotides replendo, rubicundo colore visum perfundit. Quam ob rem Ovidius.

. . . . *Quis enim bene celat amorem?*
Eminet indicio prodita flamma suo.

tes factas roborat majori gradu ; & animat. Inertia igitur sic nostris partibus ablata, ac eisdem activis redditis, objecta visibilia perfectionem, ac vitam adaugent, hisque omnibus causis, nobis gaudium ac voluptatem conciliant. Non ejusmodi evenire potest si retina inordinate premetur. Succus nerveus inæqualiter pressus, fibras distrahit, motum sanguinis impedit, & parit aversionem (**). Hoc enodato affectuum gradus perpendamus.

IV. Alibi (cc) chordarum rigiditatem, inflexionem, elongationemque examinavimus una cum gradibus, ac proportionibus potentiæ motrici respondentibus, & plura ad argumentum pertinentia explanavimus. Inter cetera omitti nequit Corollarium erutum a primo nostro experimento. Quod est „ Si chorda a „ quavis potentia, vel pondere inflexa = 4, efformasset sagit- „ tam = 2., ut eam efformaret = 3 requireretur vis vel pon- „ dus = 9 & per inversum posito eodem pondere, seu vi, ce- „ teris paribus, sagittæ erunt in reciproca ratione subduplica- „ ta tensionum, vel quod idem erit, *rigiditatum artificialium*. „ Sic & aliud a Lemmate IV deductum, terrioque numero si- „ gnatum. „ Cum pendeat dolor a gradibus periculi, & cum hi „ gradus æquentur gradibus tensionis, hæc tensio in progressione „ decrescente considerata, quando in aurum eris conrutura, pe- „ riculum evanescet, & potest haberi, ut simplex mutatio „. Huic monitum extat, numero II. signatum. En in integrum. „ „ I. eadem vis operans in fibra minus tersa, ac magis longa, „ nec non diametri majoris gradum ei dabit incomparabiliter „ minorem gradu periculi, quam si in alia toto cælo diversa „ operaretur. II. quod æqualiter operans in fibra densa, quæ „ ratione duritiei fluidorum impulsui resistat, & celeritatem li- „ quidis diminuendo ei tollat statum naturalem, voluptuosam „ sensationem potest excitare. Quapropter una eademque vis, „ idem principium, iisdem celeritatibus agens, non æquales „ excitat mutationes, sed I. mutando fibram tam a statu natu- „ rali, quam a periculo rupturæ recedentem, tædium affert. „ II. si perfectionem, fibram murando, corpori nostro conci- „ liet, recedens ea a statu morboso, voluptatem excitat. „ III. Si in periculo ponitur, dolorem parit „. En fundamen- ta, & principia, super quibus superstrui quit theoria nostrorum affe-

(**) Facillime comprehenditur, quod contraria ratione objecta retinam inæqualiter premendo, debent respicienti visum pallidum reddere, & eum refrigerare. Aliud non addam: meditantibus patet.

(cc) *V. Malatt. flat. tom. 2. cap. I. II. III.*

affectuum, & concipi modus, quo a corporibus externis individua nostra sint diverso modo agitata. Ponamus, fibrillas nervi optici magis in uno quam in alio densas esse. Tum eadem vis, vel eadem radiorum actio minorem impressionem excitat in uno, quam in alio. Si ergo mutatio naturalis status pendeat a celeritate, intensitateque actionis (*dd*), in subjectis, quæ fibrillis densioribus gaudent, ita ut vi motrici in gradu majori resistant, tum idem objectum, quod molestiam seu dolorem aliis subjectis producebat, his producit mutationem intra quosdam limites, & perfectionem reconciliando, voluptatem excitat. Ex quo fit, quod ii, qui fibris gaudent compactioribus, vividioribus coloribus delectantur, ut & qui lentas habent fibras. Econtra qui debiles, ac tensas fibras tenent, languidioribus. Fuit a nobis demonstratum, quod quo magis fibra est tensa, eo minori tempore complet suas oscillationes (*ee*), cerebrum ferit frequentius, & impressionem majorem efficit (*ff*). Ex quo sequitur, quod iis, quibus talis est fibra, actio in nervis opticis sensibilior evadit si mitis sit aliis, validissima, si aliis sensibilis, & non excitabit molestiam quam ratione fibrillarum dispositionis; quapropter concludi potest mutationes modificari in ratione composita ex directa intensitatis actionis & reciproca densitatis fibrillarum, ac earumdem lenitudinis. Complures agnosco, qui fibra tensa ac tenui sunt præditi, ii a rubicundioribus abhorrent, & aversationem sentiunt pro vivacioribus subjectis, econtra amorem pro languidis, inertibusque. Gesticulationes, loquelæ, motus &c. animant radios & eis majorem celeritatem communicant; quapropter subjecta, quæ magnam requirunt concussionem propter fibræ densitatem, ac lenitudinem, delectantur vivacioribus objectis, & amorem sentiunt pro eis quæ magna electricitate gaudent. Non pro inertibus ac languidis, mutatio tum esset nulla, vel quasi nulla, & nulla sensibilis voluptas. En igitur amoris disparitas. En ratio, qua unus erga unum, alter erga alterum objectum tendit. En odii ac amoris origo. Omnis excessus mutationis quamdam molestiam parit, ergo reclinatio ob abjecto eam producente. Quot sunt principia, quæ uni voluptatem, alteri molestiam afferunt? Quot subjecta quæ uni amorem, alteri odium conciliant? Quot res, quæ uni attentionem, alteri odium pariunt? Mutatio oritur ratione subjecti modificationis, etsi actio eadem sit. Si ergo ejusmodi est subjectum

(*dd*) *V. ib. tom. II. adn.* 392.
(*ee*) *V. ib. tom. II. adn.* 421.
(*ff*) *V. ib. Lem. IV. Adv. VI. VII.*

ctum, ut mutatio fiat inter quosdam limites, ita ut non mutando statum naturalem partium in actione eas ponat, voluptatem producit: si duæ adsint contrariæ mutationes, naturales scilicet & nonnaturales, in partibus æquipollentibus vel organa propria inertia gravescant, ut dicemus in tractatu nostro de Hypochondria, tædium gignitur. Si adsint postea mutationes præter naturale aversationem, odium, ingratam, molestamque sensationem, viso objecto persentiscimus. Superest, pro integra argumenti solutione, nos contemplari rationem, qua amore alicujus objecti, nonnulli quasi fulmine correpti, unico intuitu exardescunt, nec non modum, quo quibusdam, æqualibus, ordinatisque pressionibus in retina nervisque opticis confectis, reliquæ partes in actione sint, & contra si inæquales inordinatæque fiant.

Fluida ejusmodi constituta videmus, quod minimæ pressioni cedant, & in obstaculum incurrendo reflectant juxta angulos incidentiæ, recedantque. Ex quo eruitur, quod nervo optico æqualiter presso, æquabiliter expuitur fluidus contentus, quam ob rem magna fertur celeritate in cerebrum, e quo denuo expulsus pervenit eadem, vel proportionali celeritate in villos musculares cordis, hinc systolem celeriorem, ac fortiorem efformat, & cursum sanguini adauget (gg). Non ita si nervus opticus non æqualiter prematur. Tum considerari potest pressus ad angulos, & hinc fluidus nerveus propter impulsus & reflexiones, quas hic patitur, haud æquabiliter feriat cerebrum, & illud in inæquabili actione ponendo, inæqualiter se in villos musculares ferat, ac inæqualem, inordinatamque systolem pariat; hoc ergo casu subjectum patitur, illo gaudet. Ulterius, si prematur nervus ultra quosdam limites, certo modo sua destituitur actione, non ita si id efficiat in proportione quadam: illo casu deficit, hoc augetur motus naturalis, per consequens tædium in illo, in hoc voluptatem parit. Demum si continuo, & diu hæc pressio durat, etsi æqualis, & intra limites, attamen exorta quadam distractione in nervis, hi amittunt tractu temporis suam elasticitatem; per consequens idem objectum continuo, & diu perspectum, etsi eadem actione pressionem efficiat in nervis, attamen diversum effectum producit; nervus propria elasticitate orbatus, vel laxior factus impellit lente fluidum contentum; quapropter cerebrum, & cor lente movet, in minori actione ponit, & ratio graduum actionis amissorum sequitur rationem compositam ex diuturnitate, & successione. En causa, si recte ne-

(gg) *V. Malatt. fin. tom. II. obs. VIII. nro. XI. pag. 165.*

arguo, qua idem objectum majorem voluptatem excitat in primo intuitu, quam post varias repetitasque intuitiones si pulchrum esset objectum, & contra si deforme paulatim non ita videtur (*hh*).

AP-

(hh) Non est omittenda ratio, qua diuturna unius objecti visio delasset nervum, non ita varietas objectorum, etsi fortasse majori gradu agant. Fibræ nostræ ad chordarum instar constructæ tenduntur ratione actionis: actio est ut tempus, in quo potentia agit, per consequens cum unum objectum ad unum modum semper agat, semper unum retinæ punctum ferit, & diuturnitate delassat, non ita objecta diversa, quæ etsi simul considerata majorem pariant actionem, attamen cum ad unum modum fibras non concutiant, sed semper variando non ferunt quam plura puncta, quæ modo diverso exercita delassari nequeunt.



ANALYSIS

BONI EJUSDEM

SOAVE.

SIc arcta est relatio, quam pulchrum, & bonum, tenent inter se, ut haud inutile putem unius Analysi alteram alterius subdere.

Non secus quam pulchrum in grata voluptuosaque repraesentatione consistit, bonum lepidae voluptuosaeque modificationi inhaeret. *Odores*, *sapores*, *colores*, *frigus*, *mollities*, qualitates physicae sunt, quibus hic terminus particulariter tribuitur, & quando *sonus bonus* dicitur, talis appellatur ratione modificationis productae, non repraesentationis nobis praestitae. Non diverso modo, quam propter colores, pulchra quoque corpora, in quibus hi mirantur, solent appellari, sic propter has modificationes objecta, e quibus excitatae sunt, bona vocantur. Hinc est quod bonum appellatur *suffimentum*, nec non *hypocaustum*, *lectus mollis &c.* Usus appellandi *bona* objecta, e quibus oriuntur modificationes suaves, efficit, ut terminus hic transferatur ad ea, e quibus suaves modificationes non immediate sed mediate nobis veniunt. Ex hoc fit, quod arbor, quae fructum bonum gignit, bona appellatur, ut & bonus ager, qui hanc arborem perbelle nutrit, bona pluvia, & Sol, qui agrum hunc foecundare solent.

Objecta, quae nobis suppeditant res, e quibus voluptuosae modificationes nobis veniunt, *utilia objecta* nuncupantur. Utilia quoque appellantur, quae nos a molesta ingrataque modificatione defendunt. Et haec est ratio, qua vocabulum *boni* trasfertur ad haec; quapropter bona appellantur *armatura*, *vallum*, *castrum*, quia ab inimicorum aggressione nos tegunt & arcent; eademque ratione *bonus miles*, bonus *Dux*, bonus *Ductor* dicitur, sic bona *Medicina*, quae potis est ad nos restaurandos, & bonus Medicus, qui eam opportune adhibet, adhibuitque. Domus, quia est apta ad nobis comparandum commodum, utilitatem, augmentumque, vel valet ad removendam molestiam, damnum, detractionem, eadem causa *bona* nuncupatur. Hinc est, quod dicitur bonum *horarium*, quod horas optime signat; bonus *Patronus*, qui nostra tuetur jura; bonus *liber*, qui utilia docet; bona *actio*, quae nobis similibusque nostrum prosit; & bonus *color* si

durabilis consideratur, ita ut amoveat tædium, cum nova tinctura renovandi.

Ex hoc patet, quod nomen in origine *Boni* nihil aliud indicat, quam id quod nobis valet voluptuosam modificationem producere, vel molestam impedire, & quod, nisi per relationem proximam vel remotam eidem objecto habitam nulli tribuitur.

Ad enodationem harum omnium idearum præcisus atque distinctus non brevis requireretur tractatus, at sufficit, me principia fundamentalia indigitasse (*).

CAP.

(*) Sunt qui dispescunt bonum in *absolutum*, & *relativum*; bonum absolutum appellant illud, quod continetur in ipsa rei entitate, vel in ipsius rei proprietatibus earumque substantia, relativum postea id, quod rei bonum absolutum conservat & perficit, vel conservare, & perficere quit (*V. Genu. El. meth. pars. pr. C. VIII. Def. 75.*), at bonum absolutum, Deo excepto, concipi nequit, & allata ejus definitio, quæ cum Lockiana convenit (*ib.*) obscura, parumque præcisa videtur. Melius ergo definimus bonum per id quod nobis nostroque statui perfectionem conciliat, vel quod fini nostro est conveniens; contraria ratione *malum*, quod nos nostrumque statum imperfectiorem reddit. Omne id quod semper & per se, omnibus individuis, sibique perfectionem conciliat, debet dici bonum absolutum, & in quo est, quam in Deo? Quidquid in natura existit, non est per se neque bonum neque malum, sed tantum bonum vel malum evadit juxta modificationem subjecti. Divitiæ, fruges, aqua, Amici, cæteraque, quæ nobis primo intuitu bona videntur, possunt contra mala evadere.

Sic & mala bona. Venena ipsa, loco, & tempore data quid boni esse possunt. Hinc est quod mala, etsi bona, bona etsi mala essent, plerumque videntur. Hæc similitudo boni vel mali, quamquam neque bonum, neque malum sit, nos decipit, & dat nomen boni *apparentis*, vel *veri*: oritur hinc divisio boni, ut & mali in *verum* & *apparens* (*V. 66. s. 1.*). Ex dictis patet quod male definit Lockius bonum, ut infra dicemus, per id quod potest nobis producere, & augere voluptatem, vel diminuere diuturnitatem intensitatemque doloris. Chirurgica operatio quid mali, etsi salutem perfectionemque nostram conciliet, mollities econtra, quæ vitam minuit, solvitque, quid boni esset. Deducitur hinc, quod quatenus perfectionem moralem nobis adauget, dicitur *bonum morale*, quatenus perfectionem physicam, bonum physicum, verum vel apparens, juxta quod apparens vel verum sit augmentum vel conciliatio perfectionis. Ex hoc sequi-

C A P. XIII.

De modis simplicibus; & primo, de iis, qui Spatium spectant.

§. I.

Modi simplices.

ETiamsi in parte priori sæpius feci mentionem *idearum* simplicium, quæ revera cogitationis nostræ materiam universam complectuntur; quoniam tamen eas ibi tractavimus pro ratione potius, qua mentem subeunt, quam quatenus ab aliis distinguuntur, quæ magis sunt compositæ, haud abs re forsitan erit, ut earum nonnullas denuo sub hac confide-

 ra-

quitur, quod *bonum morale* dicitur id, quod legi est conforme; id, quod est legi disforme, *malum morale* appellatur; hæc definitio ex fine & effectu legis eruitur. Ex fine quatenus tendit ad morum perfectionem; ex effectu, quatenus malum in pœna est passus qui legi suas non conformat actiones. Quod rectum, ait Cicero, honestum, & cum virtute est, id solum opinor bonum (*V. Paradox* 1.). Rectum, honestumque appellatur quod cum lege convenit. An dari possit ante legem malum vel bonum morale, ex re ipsa patet. Apud Cretenses commota major pars civium Magistratus fugabat, & ad privatam conditionem redigere solebat (*V. Aristot. Pol. lib. II. Cap. X.*). Tumultus causa impediendi abusus potestatis ibidem erat statutus. Amor patriæ, dulce Cretensibus nomen (*V. Plat Republ lib. IX.*) qui ante alia apud eosdem vigere consuevit (*V. Plutarc. mor. al.*) impetu æquilibrato seditionem ferebat, & utpote in consequentia legis factum, vel consilio rationis: pro bono seditio hæc debet haberi, non ita apud populos, in quibus amor hic languescit, ac est penitus extinctus. Quælibet seditio est conatus, scelus, per consequens malum a seditiosis patratum. At de hoc satis.

ratione contemplemur, & examinemus diversas istas *ideæ ejusdem modificationes*, quas mens aut in rebus existentibus reperit, aut intus in se facere potest, sine externi alicujus objecti aut extraneæ suggestionis adminiculo.

Modificationes istæ simplicis alicujus ideæ (quas, ut superius dictum est, *modos simplices* voco) *ideæ* sunt perfecte, adeo diversæ & in mente distinctæ, ac illæ, quæ maxime a se invicem distant, & contrariæ sunt. Numeri enim *binarii* idea ab *idea unitatis* haud minus distincta est, quam *livor* a *calore*, aut utrumvis eorum a quovis numero: e simplici tamen ista *idea* unitatis, denuo repetita, tantummodo conficitur, & repetitiones hujusmodi, simul junctæ, efficiunt distinctos istos *modos simplices numeri duodenarii*, *duodecies duodenarii*, *millionis*, &c.

§. II.

Idea spatii.

INitium sumam a *simplici idea Spatii*. Superius monstravi (*), nos *ideam* spatii per visum & per tactum acquirere; quod adeo manifestum esse arbitror, ut æque supervacaneum foret, probatum ire, homines per visum percipere distantiam inter duo corpora diversorum colorum, aut inter partes ejusdem corporis; ac quod ipsimet colores videant: nec minus perspicuum est, ipsos spatium in tenebris per palpationem & tactum percipere posse.

§. III.

(*) *Vid. Lib. II. Cap. IV.*

§. III.

Spatium & Extensio.

SPatium hoc si nude consideretur secundum longitudinem inter duo quædam entia, non considerato aliquo intermedio corpore, vocari potest *distantia*; si secundum longitudinem, latitudinem, & crassitiem spectetur, *capacitas*, puto, vocari potest: nomen *extensionis* ei vulgo imponitur, quoquo modo spectato.

§. IV.

Immensitas.

UNaquæque distantia diversa modificatio spatii diversa est, & *unaquæque idea diversæ cujuslibet distantiæ aut spatii*, *modus simplex est hujus ideæ*. Homines pro usu & consuetudine mensurandi, designant in mentibus suis definitarum quarundam longitudinum *ideas*, cujusmodi sunt, *digitus*, *pes*, *virga*, *ulna*, *milliare*, *terræ diameter*, &c. quæ totidem distinctæ sunt ideæ ex spatio solo conflatæ. Quando definitæ ejusmodi longitudines, aut mensuræ spatii, familiares fiunt cogitationibus hominum, possunt in mentibus eas, quotiescunque voluerint, repetere, non conjunctis iis *corporis* aut alterius cujusvis rei *ideis*, & effingere sibimet *ideas* longi, quadrati, aut cubici, *pedum*, *virgarum* aut *ulnarum*, hic inter universi corpora, aut ultra extremos corporum omnium terminos; & hæc ad se invicem addendo ideam suam spatii, quantum voluerint, ampliare. Potentia hæc iterandi, aut duplicandi eam, quam habemus, cujusdam distantiæ *ideam*, eamque priori addendi, quotiescunque libuerit, adeo ut, post omnem, quæ a nobis fieri potest, ampliationem, ad extremum haud

perveniri possit, ea est, quæ nobis *immensitatis ideam* exhibet.

§. V.

Figura.

ALtera est modificatio hujus *ideæ*, quæ nihil aliud est, præter relationem, quam partes terminationis, extensionis sive spatii circumscripti inter se habent. Hoc veritas deprehendit in corporibus sensibilibus, quorum extrema intra cognitionis nostræ ambitum continentur, quodque oculus a corporibus & coloribus capit, quorum termini intra conspectum ejus jacent: ubi animadvertens, quomodo extremitates terminentur, aut in lineis rectis, quæ coeant in angulis perceptibilibus; aut in curvis, ubi nulli anguli percipi possunt, hæc considerando, prout referuntur ad se invicem, in partibus omnibus extremitatum corporis cujusdam aut spatii, nanciscitur *ideam* istam, quam figuram vocamus, quæ menti exhibet varietatem infinitam. Præter enim figurarum diversarum numerum ingentem, quæ in corporibus inter se cohærentibus realiter existunt, supellex ista, quæ penes est animum, *ideam* spatii variando, atque ita novas semper compositiones efficiendo, per idearum suarum repetitionem, & earum pro lubitu inter se conjunctionem, plane inexhausta est: & proinde figuras multiplicare potest *in infinitum*.

§. VI. Cum enim possit mens *ideam* cujusdam longitudinis, in directum extensæ, iterare, eamque alteri adjungere in eadem directione, quod est lineæ istius rectæ longitudinem duplicare; aut alteri eam cum quacunque inclinatione pro arbitrio adjungere, atque ita, qualemcumque velit angulum efficere: cumque possit, quamvis lineam, quam imaginatur, contrahere, adimendo ei $\frac{1}{2}$ aut $\frac{1}{4}$, aut quamcumque partem voluerit, adeo ut ad finem ejusmodi divisionum

num haud perveniri possit, cujuscunque magnitudinis angulum efficere potest: ita lineas etiam, quæ latera sunt, cujuscumque voluerit longitudinis, quibus iterum ad alias lineas adjunctis diversarum longitudinum, & ad angulos diversos, donec spatium aliquod intra ambitum suum plane contineat, manifestum est, posse eam *figuras* tam secundum species, quam capacitates, in *infinitum* multiplicare, quæ omnia nihil aliud sunt, præter tot diversos *simplices modos spatii*.

Quod mens in lineis rectis facit, idem in curvis, aut curvis & rectis simul efficere potest; & quod in lineis, idem in superficiebus quoque potest facere, unde ansa datur ulterius cogitandi de infinita varietate figurarum, atque penes esse mentem effingere, atque ita multiplicare *simplices modos* spatii.

§. VII.

Locus.

Altera *idea*, sub hoc capite contenta, & ad hanc classem pertinens, est ea, quam *Locum* vocamus. Ut in spatio simplici distantiæ relationem inter duo quædam corpora, aut puncta, consideramus; ita in nostra *idea* loci consideramus relationem distantiæ inter rem aliquam, & duo quædam aut plura puncta, quæ, tanquam eandem a se invicem distantiam semper retinentia, ac proinde quiescentia, spectantur (44); cum enim videmus rem aliquam eandem distantiam nunc, quam heri, a duobus quibusdam aut pluribus punctis retinere, quæ ex illo tem-

(44) Differt locus a spatio. ut totum a parte; *Spatium* concipio propter plura simultanea, *locum* propter relationem ad unum coexistens. Exemplum afferam .. Si una simul existant *A B C D*, : quodam modo eadem coexistunt; si hunc universum modum concipio, quo coexistunt omnia, *spatium* mihi animo repræsento; si postea unicum tantum modum, hoc est relationem, quam *A* tenet ad *B* actu sui status, *locum*.

tempore haud distantiam suam inter se invicem mutaverunt, &, cum quibus eam tunc comparavimus, dicimus eadem in eodem manere loco; sin vero ab utrovis puncto distantiam suam plane mutaverit, dicimus, eam totum mutasse: etiamsi cum vulgo loquentes in communi loci notione non semper distantiam observamus præcise e punctis, verum e portionibus grandioribus objectorum sensibilium, ad quæ res locatas relationem habere consideramus, & cujus ab illis distantiam ob peculiarem aliquam rationem notamus.

§. VIII. Ita calculis sive latrunculis in iisdem tabulæ latruncularia quadris remanentibus, ubi relicti erant a nobis, dicimus, eos in eodem loco esse, sive immotos manere, etiamsi fortasse alveus lusorius ex una in alteram cameram translatus fuerit, quoniam nos eos tantum comparavimus cum tabulæ istius partibus, quæ eandem inter se invicem distantiam retinent. Dicimus etiam tabulam lusoriam eundem, quem prius, locum tenere, si in eadem parte cubiculi maneat, etiamsi fortasse navis, cui inest, plenis feratur velis: navis etiam dicitur in *eodem* manere *loco*, si modo eandem servaverit distantiam a partibus vicinæ telluris; etiamsi fortasse ea fuerit in orbem circumlata; hoc modo latrunculi, alveus lusorius, & navis respectu corporum remotiorum, quæ eandem inter se distantiam servavere, locum suum mutaverunt. Quoniam vero distantia a certis partibus tabulæ lusoriæ ea est, quæ locum latrunculorum terminat; & distantia a fixis partibus cubiculi (cum quibus facta erat comparatio) tabulæ lusoriæ locum terminavit, & fixæ telluris partes navis etiam locum definiverunt; hæc omnia, in iis respectibus, in eodem esse loco proprie dici possunt: etiamsi illorum distantia ab aliis quibusdam rebus, quas hic non respeximus, immutata, certo certius est, ea in eo respectu *locum mutasse*; atque nosmet in ea opinione erimus, cum ansa nobis dabitur, ista cum aliis iis rebus comparandi.

§. IX.

§. IX. Cum vero hæc diſtantiæ modificatio, quam *locum* appellamus, ab hominibus in uſum communem facta fuerit, ut ejus adminiculo particularem rerum poſitionem deſignare poſſent, cum opus eſſet tali deſignatione; homines contemplantur & determinant locum hunc, per reſpectum ad res iſtas contiguas, quæ ad illorum uſus maxime accommodatæ ſunt; haud conſideratis iis, quæ in alio reſpectu *locum* ejuſdem rei melius *determinarent*. Ita in tabula luſoria cum uſus *deſignationis loci* uniuſcujuſque latrunculi ſolummodo intra lignum illud teſſellatum terminetur, alienum eſſet a propoſito iſto, eum per aliam rem menſurare; cum vero hi latrunculi in pera recondantur, ſi quis rogaret, ubinam ſit Rex ater? oporteret locum deſignare per cameræ partes ubi erat, non per tabulam luſoriam; cum nunc alius ſit uſus loci deſignandi, in quo eſt, quam cum inter ludendum erat in tabula luſoria, atque ideo neceſſario per alia corpora determinandus eſt. Hoc modo ſi quis interrogaret, ubinam ſint verſus, qui *Niſi* & *Euryali* hiſtoriam continent? abſurdum foret locum determinare, dicendo, eos in hoc vel illo terrarum loco, aut in Bibliotheca *Bodleiana* eſſe: locus vero recte deſignaretur per operum *Virgilii* partes; & vera foret reſponſio, verſus hos reperiri circa medium noni *Æneidum* libri; eoſque eodem ſemper loco fuiſſe, ex illo tempore, quo Virgilius primo editus erat: quod verum eſſet, etiamſi liber iſte millies locum mutaſſet, cum *ideæ loci* uſus hic ſit, ſcire tantummodo, in qua parte libri hiſtoria ſit iſta; ut, cum opus fuerit, eam invenire, & pro uſu ad iſtam recurrere poſſimus.

§. X. *Ideam* noſtram loci, nihil aliud eſſe, niſi relativam alicujus rei poſituram, qualem ſuperius memoravi, manifeſtum eſſe arbitror, & facile concedetur, cum conſideraverimus, nos nullam habere poſſe *ideam* loci, in quo conſiſtat univerſum, etiam-

ſi

si ideam de loco omnium istius partium habeamus; quoniam extra illud, non *ideas* habemus fixorum quorundam, distinctorum, & particularium entium, ad quæ illud universum distantiæ relationem aliquam habere, concipi posset; quicquid vero extra illud esse concipitur unum est uniforme spatium sive expansum, in quo mens nullam varietatem, notas nullas reperit. Mundum enim alicubi esse dicentes, tantummodo dicimus, eum existere; nam phrasis hæc, etiamsi a loco eam mutuamur, existentiam ejus tantummodo, non locationem denotat; & quamprimum quis invenire poterit, & locum universi clare & distincte animo suo concipere, is poterit nobis indicare, utrum hoc universum in spatii illo infiniti Vacuo, ubi nullam distinctionem concipere possum, moveatur, an quiescat. Fatendum sane est, vocem *locum* latiorem aliquando & confusiorem sensum habere; eamque denotare spatium illud, quod a quocunque corpore occupatur; atque ita universum in loco esse dicitur. Eodem igitur modo *ideam loci*, quo spatii ideam nanciscimur (idea enim loci est tantum particularis & ad certas partes astricta consideratio) videlicet per visum & tactum; quorum alterutro extensionis aut distantiæ *ideas* in animos recipimus (45).

§. XI.

---

(45) Magna perspicacitate Lockius: Locus non est quam „ „ modus determinatus coexistendi cæteris „. Hinc sequitur quod ablatis cæteris coexistentibus, destruitur idea loci. Fac quod nulla nobis sit idea entium positorum extra universum, nulla est tum idea illius loci. Tamen adnotandum est, quod nos sæpe sæpius modos animo nobis repræsentamus ut res, & partes in eis effingimus, quapropter, etsi locum ab initio excogitavimus ut relationem ad aliquod coexistens, tamen tractu temporis obliteratum fuit ens, & concipimus relationem absque ipso ente, ad quod habetur. Sæpe sæpius consideramus voces tanquam res. Hæc est vis nostræ phantasiæ, de qua vide meditationem nostram.

§. XI.

Extensio & corpus haud idem sunt.

NOnnulli (46) sunt, qui nobis persuadere volunt, *corpus & extensionem idem esse*; hi vocabulorum significationem immutasse videntur, quam tamen suspicionem haud libenter vellem in eos conferre, quoniam aliorum philosophandi rationem vehementius eo nomine insectati sunt, quod ea nimis consistat in significatione incerta, aut fallaci obscuritate terminorum dubiæ, aut nullius omnino significationis (*). Si igitur per *corpus* & *extensionem* idem, quod alii, intelligunt, nimirum per *corpus* aliquid solidum, & extensum, cujus partes a se invicem separari possunt & moveri diversimode; & per extensionem, spatium tantummodo, quod inter solidarum istarum & sibi invicem connexarum partium extrema interjectum est, quodque ab iis occupatur, *ideas* toto cælo distantes inter se confundunt. Ad proprium enim uniuscujusque animi sensum provoco, an spatii *idea* non sit adeo a soliditatis distincta, uti est coloris coccinei *idea*? Scio equidem, soliditatem non posse sine extensione existere, nec sine ea coccinei coloris *idea* existere potest; hoc tamen non obstat, quo minus distinctæ sint ideæ. *Ideæ* multæ alias requirunt tanquam ad existentiam & conceptus suos necessarias, a quibus tamen penitus distinguuntur. Motus nec esse, nec concipi potest, fine spatio; attamen motus haud spatium est, nec spatium est motus; spatium potest absque eo existere, atque *ideæ* sunt maxime inter se diversæ; atque idem de spatio & soliditate dicendum puto. Soliditatis *idea* a corpore adeo inseparabilis est, ut

---

(46) Cartesiani fuere. Naturam corporis constituerunt hi in extensione; imaginabantur enim ex hac fluere reliquas corporis qualitates. At de hoc infra.

(*) Hæc erat philosophia scholastica: quæ diu ante Cartesium docebatur; & erat per totam Europam diffusa. COSTE.

ut ab ea pendeat spatii repletio, contactus ejus, impulsus, & motus communicatio post impulsum. Et si ea ratio sit ad probandum, spiritum a corpore diversum esse, quod cogitatio haud extensionis *ideam* in se contineat; idem argumentum, ut puto, æque grave erit ad probandum, *spatium non esse corpus*; quoniam haud soliditatis ideam in se complectitur; spatium enim & *soliditas* ideæ sunt haud minus distinctæ, quam cogitatio & extensio, nec minus in mente a se invicem separabiles. Perspicuum itaque est *corpus* & *extensionem* duas esse *ideas* distinctas.

§. XII. *Primo* enim *extensio* haud, corporis ritu, soliditatem in se includit, nec contra corporis motum resistentiam.

§. XIII. *Secundo*, partes puri spatii sunt a se invicem inseparabiles, adeo ut continuitas nec realiter nec mente quidem separari queat. Velim enim, ut quis partem unam ab altera, cum qua continuitatem habet, vel cogitatione sejungat. Actualis rerum a se invicem separatio fit, ut opinor, illas ita segregando, ut ubi prius continuitas erat, duæ oriantur superficies: & mente devidere, est in rebus, antea continuis, duas superficies animo concipere, easque a se invicem semotas considerare, quod fieri tantummodo potest in rebus, quæ menti videntur capaces esse separationis, & idoneæ, ad acquirendas per separationem novas distinctasque superficies, quas actu non habent, verum illarum capaces sunt, at neque actualem hanc, nec mentalem separationem spatio competere puto.

Fateor equidem, spatii tantum, quantum pede uno mensuratur, sine reliquo concipi posse: hæc vero partialis consideratio est, non mentalis separatio, aut divisio; haud magis enim potest quispiam mente dividere nisi duas superficies tanquam a se invicem separatas contempletur, quam actu dividere potest sine duarum superficierum a se invicem disiun-

ctio-

ctione : consideratio autem partialis haud separatio est . Possumus in sole concipere lumen absque calore ; aut mobilitatem in corpore sine extensione, separationem illorum haudquaquam considerantes. Illa partialis consideratio est ad unicam tantummodo partem determinata ; hæc vero contemplatio est duarum tanquam separatim existentium partium.

§. XIV. *Tertio*, partes puri *spatii* sunt immobiles; id quod ab illarum inseparabilitate oritur ; *motus* enim nihil aliud est, nisi distantiæ mutatio inter duas res quasdam : hoc autem fieri nequit inter partes inseparabiles ; quas proinde perpetuo inter se quiescere necesse est.

Hoc modo *spatii* simplicis *idea* determinata plane & sufficienter illud a corpore secernit ; ex ea ratione, quia partes ejus sunt inseparabiles, immobiles, & expertes resistentiæ contra motum corporis.

§. XV.

Haud extensionis definitio probat, non dari spatium sine corpore.

SI quis me roget, *quid sit*, de quo loquor, *spatium* illud ? ad illud respondebo, quamprimum, quid sit *extensio*, mihi ostenderit. Qui enim, prout vulgo fit, dixerit, *extendi esse partes extra partes habere*, tantummodo dicit, *extensionem esse extensionem*: numquid enim natura *extensionis* mihi clarius exprimitur, cum dicitur, *extendi esse partes extensas habere extra partes extensas*, i. e. *extensionem* consistere in partibus extensis ? haud secus, quam si roganti, quid sit fibra ? responderem, eam rem esse ex variis fibris conflatam : num post illud responsum clariorem, quam quidem prius, fibræ notitiam haberet ? imo potius annon ratio esset, ut crederet, mihi

mihi statutum fuisse, ipsum ludificare magis, quam serio erudire?

§. XVI.

Ex divisione entium in corpora & spiritus, haud probatur, spatium & corpus idem esse.

QUi *spatium* & *corpus idem* esse contendunt, hoc utuntur *dilemmate*: spatium hoc aut aliquid est, aut nihil: si nihil inter duo corpora intercedit, tunc ea contigua esse necesse est: si aliquid esse conceditur (47), rogant, utrum corpus sit, an spi-

(47) Hæc est interrogatio, quæ facienda est fautori pernotionum Doctoris *Clarkes*, habita ratione ad spatium supra commemoratum.. „ Si l'Auteur de cette *Defense*, *dicitur*, a quelque „ idée d'une chose qui n'est ni matiere ni esprit, qu'il ne nous „ dise point ce que cette chose n'est pas, mais ce qu'elle est. „ S'il n'a aucune idée d'une telle chose, je suis assuré, dit „ son Antagoniste, qu'il ne prouvera jamais que l'espace soit „ cette chose-là: car prouver que c'est ce dont il n'a aucune „ idée, c'est prouver que c'est seulment *un il ne sait quoi*. Et „ il ne suffira point, ajoute-t-il, de repondre avec M. Locke à „ la question, *si l'espace est corps ou esprit*? Qui vous a dit „ qu'il n'y a, ou qu'il ne peut y avoir que des etres solides „ qui ne peuvent penser, & que des etres pensans qui ne sont „ point étendus. Cette reponse, *dit'il*, ne suffira point, parce „ qu'ici la question n'est pas, s'il peut y avoir autre chose „ que *corps* & *esprit*; mais si nous avons une idée de quelqu' „ autre chose. Et si nous n'en avons aucune, je suis assuré „ qu'il sera impossible de prouver, comme je viens de dire, „ que l'espace soit cette chose-là. Voici les propres termes de „ l'original „: *If the Author of the defence of Dr CLARKES notions concerning Space has any idea of athing, that is neither matter nor spirit, let him not tellus what it is not, but wha it is. If he has not any idea of sucha Thing, then Jam sure he can never prove Space to se that thing: for proving it to be what he*

spiritus? ad illud respondeo interrogando, quisnam illis dixerit nec esse, nec quicquam aliud existere posse, præter corpora solida, quod cogitare nequeat, nihilque præter entia cogitantia, quod non extendatur? nihil enim aliud per terminos istos *corpus* & *spiritum* intelligunt.

§. XVII. Si quis (prout fieri solet) interrogaverit, utrum *spatium* hoc, quod expers est *corporis*, sit *substantia* vel *accidens*? in promptu responsio est, me nescire; nec me inscitiam hanc fateri pudebit, donec interrogans claram mihi distinctamque *substantiæ ideam* monstraverit.

§. XVIII. Pro virili enitar, ut me ab iis liberem sophismatibus, quibus nosmet decipere solemus, voces pro rebus sumendo, Haud ignorationi nostræ illud medetur, cognitionem, ubi revera nulla est, per inanes sonos, absque claris & distinctis significationibus ostentare. Voces arbitratu nostro factæ, neque rerum naturam mutant, nec efficiunt, ut eas intelligamus, nisi quatenus *idearum* determinatarum signa sunt,

---

he has no Idea of, is proving it to be only ... he Knows not what, Nor will it be sufficient to say herevith Monf. Locke who to the Question, Wether spacehe Badis or spirit? Answers hy anothar question viz. Who told them that there Was, or could he noting but solid Beings that Were xot extended? Which is all they mean, he saijs, by the tirmes BODY & SPIRIT This I say, will not he sufficient, sinee the question here, is not, whether cannot bebny Thing besids BODY and SPIRIT; bu whether we have any oter Thing? And if we have tot, I am sure it will be impossible to prove Space, I have sayd before, to be such a Ting. Auctor maximam partem ejus libri occupat in probando, quod spatium a materia sejunctum nullam realem existentiam habet, quod est vacuum simpliciter, absolutum negativum, ens imaginarium, corporis absentia, nec amplius. Ego verum fateor hac de subtili quæstione, ut de cæteris ejusdem naturæ, nequire aliquid determinare; & quotidie agnosco, quod ego ignoro ea, quæ credebam distincte internoscere. *Multa nescire mea pars magna sapientiæ.* COSTE.

sunt, & pro iis substituuntur. Et velim considerent, qui tantum momenti ponunt in sono hujus vocis, *substantiæ*, utrum in eodem eam sensu usurpent, cum, prout vulgo faciunt, Deo infinito & incomprehensibili, spiritibus finitis, & corpori istam attribuunt; utrum etiam pro eadem *idea sumatur*, cum singula e tribus istis entibus adeo diversis, *substantiæ* appellantur? si id affirment, tunc rogo, anne inde sequatur, Deum, spiritus, & corpora, quæ conveniunt in eadem communi natura *substantiæ*, haud aliter differre, quam in nuda modificatione diversa istius *substantiæ*; prout arbor & lapillulus, quæ in eodem sensu corpora sunt, & in communi natura corporis conveniunt, in nuda tantummodo communis istius materiæ modificatione differunt; hoc vero fidem haud facile reperturum arbitror, si dicant, se vocem istam Deo, finitis spiritibus, & materiæ in tribus significationibus diversis tribuere, eamque pro una *idea* substitui, cum Deus substantia esse dicitur; pro altera quando anima vocatur *substantia*, & pro tertia, cum nomen illud corpori imponitur. Si vox *substantia* ad tres has diversas ideas significandas usurpatur, æquum esset, ut distinctas istas *ideas* notas facerent, aut saltem illis imponerent tria nomina distincta, ut in notione tanti momenti obviam irent confusioni & erroribus, quæ ex usu promiscuo ancipitis adeo termini naturaliter oriuntur; quam, tam longe abest, ut suspicemur, tres distinctas habere, ut, prout communiter sumitur, vix unam claram & distinctam significationem habeat; quod si hoc modo tres distinctas ideas *substantiæ* formare possunt, quid obstat, quo minus alius quartam excogitaret? (*)

§. XIX.

(*) Ex his omnibus, quæ fuse agit Lockius, videtur substantiæ nomine haud intellexisse signum generalis ideæ, attributorum omni-

§. XIX.

Subſtantiæ & accidentia vix ullius ſunt uſus in philoſophia.

QUi in accidentium notionem primi inciderunt, tanquam generis cujuſdam entium realium, quibus opus eſt aliqua re, cui inhæreant; vocem *ſubſtantiam* pro ſubjecto, in quo ſubſiſtere, excogitare neceſſum habuerunt. Si miſellus ille philoſophus Indicus (qui terram ſuſtentaculo, quo niteretur, indiguiſſe putavit) in vocis hujus *ſubſtantiæ* cogitationem incidiſſet, haud opus fuiſſet, ut anxie elephantem exquireret, qui terram, & teſtudinem, quæ elephantem ſuſtentaret: vox *ſubſtantia* ſine quovis alio adminiculo ſatis iſti; ad id præſtandum, fuiſſet. Et percontanti cuidam, quidnam ſit illud, quod terram ſuſtentat? æque idonea videri deberet Indici iſtius phi-

---

omnibus entibus commune repræſentans, in eo conſiſtens, quod unumquodque Ens propriam habeat exiſtentiam a cujuslibet alterius entis exiſtentia diſtinctam; ſed potius ſubſtantiam ſpectaſſe, veluti nomen Entis cujuſdam naturæ particularis. Revera quid aliud ſignificant illa verba, *Deum, ſpiritus, & corpora, quæ conveniunt in eadem communi natura ſubſtantiæ, haud aliter differre, quam in nuda modificatione diverſa iſtius ſubſtantiæ*; niſi quod concipiat Lockius ſubſtantiam eſſe veluti quandam communem maſſam, ex qua formentur Entia, quæcunque excogitari poſſunt? Craſſus quidem error: ſibi enim attentius perpendenti compertum fuiſſet, ſubſtantiæ nomine intelligendum eſſe quicquid propriam exiſtentiam habet: unde & cum tribuitur Deo, ſpiritibus finitis, & corporibus, eo ſignificari intelligitur, Deum propriam habere exiſtentiam, Spiritus finitos propriam, & corpora pariter propriam. Neque ex eo ſequetur, Deum, ſpiritus finitos, & corpora, eadem veluti ſubſtantiæ natura participantia, eſſe tantum modificationes ipſius ſubſtantiæ; cum nulla exiſtat generalis ſubſtantia, ex qua tanquam communi maſſa, ceteræ particulares ſubſtantiæ formentur (**). *THIELE*.

(**) Recte arguit illuſtrans (*V. adn. 81. anal. intell. n. tom. 1.*)

philosophi responsio, qui nescius, quid ea sit, dicebat, *substantiam* esse illud, quod terræ sustentaculum est: ac nobis nostrorum philosophorum *Europæorum* responsio & doctrina videtur, qui, quid *substantia* sit, ignorantes, dicunt, eam subjectum esse, in quo *accidentia* inhærent. Adeo, ut *idea* ista *substantiæ*, quam habemus, non quid sit, sed quid agat, nos confuse, & obscure tantummodo doceat.

§. XX. Utcunque e nostratibus eruditus quispiam se gereret, perspicax certe *Americanus*, in rerum naturis indagandis paulo curiosior, vix æquo animo responsum illud ferret, si architecturam nostram discere cupienti diceret quis, columnam rem esse a *basi* sustentatam, & *basim* esse illud, quod columnam sustentat. An non per responsum illud se ludificatum potius, quam in re ipsa eruditum putaret? Et si quis alienigena, qui nunquam ullos suis usurpasset oculis libros, flagraret cupiditate perfecte cognoscendi, qua ratione isti sint confecti & quid in se contineant; num, quæso, hoc esset idoneum medium, quo ipse illud edoceri posset, si diceremus, libros omnes eruditos charta & literis constare, & literas res esse chartæ inhærentes, chartam vero rem, quæ literas contineret; hoc modo bellissime literarum & chartæ *ideas* nancisceremur. Si voces vero Latinæ *inhærentia* & *substantia* in iis respondentes, Anglicas istas *sticking-on*, *and Under-propping* (*), mutatæ forent, melius exhiberent nobis summam istam perspicuitatem, quæ in *substantiæ* & *accidentium* doctrina reperitur, & monstrarent, quanti sint usus in controversiis de quæstionibus philosophicis tollendis.

§. XXI.

(*) Hæ voces Anglice Latine sonant Actionem adhærendi & Actionem sustentandi. THIELE.

§. XXI.

Datur vacuum extra ultimos corporum terminos.

UT vero ad *ideam* nostram *spatii* revertamur. Si *corpus* haud infinitum esse existimetur, quod nemo, arbitror, affirmabit, rogare velim, an non, si homo foret a Deo in extremo rerum corporearum termino locatus, ille posset manum ultra corpus suum extendere? hoc si concedant, tunc fateantur, necesse est, brachium ibi positum esse, ubi prius *spatium* erat, *corporis* expers; & si digitos ibi forte expanderet, spatium inter eos intercederet, corpore vacuum: si manum ibi extendere haud penes illum foret, (**) id propter externum aliquod impedimentum contingeret; (supponimus enim, eum in vivis esse, & eadem, qua nunc, corporis partes movendi potestate præditum; quod non in se impossibile est, si modo id visum fuerit Deo; saltem haud Dei potentiam superat ita ipsum movere:) tunc rogo, utrum illud, quod manui impedimento est, ne

K 2 ulte-

(**) . . . . *Si jam finitum constituatur*
Omne quod est spatium, si quis procurrat ad oras
Ultimus extremas, jaciatque volatile telum:
Id validis utrum contortum viribus ire
Quo fuerit missum, mavis, longeque volare,
An prohibere aliquid censes, obstareque posse,
Alterutrum fatearis enim, sumasque necesse est,
Quorum utrumque tibi effugium præcludit, & omne
Cogit ut exempta concedas fine patere.
Nam sive est aliquid, quod prohibeat officiatque
Quo minus quo missum est veniat, finique locet se,
Sive foras fertur, non est ea fini profecto.
Hoc pacto sequar, atque oras ubicunque locaris
Extremas, quæram quid telo denique fiat.
Fiet, uti nusquam possit consistere finis:
Effugiumque fugæ prolatet corpora semper. Lucr. libr. 1, v. 967. COSTE.

ulterius moveat, ſubſtantia ſit, aut accidens aliquid, aut nihil? ad hoc quamprimum reſponderint, ſtatim compertum habebunt, quid illud ſit quod inter duo corpora diſtantia collocatur aut collocari poteſt, quod non eſt corpus, quod non habet ſoliditatem. Interim argumento æque ſaltem valido probatur, ubi nihil impedit (nimirum ultra ultimos corporum omnium terminos) corpus, quod movetur, poſſe ulterius moveri, ac ubi nihil medium intercedit, ibi corpora duo neceſſario ſe invicem contingere. Purum enim *ſpatium* intermedium ſufficit ad mutui contactus neceſſitatem tollendam; nudum vero ſpatium motum impedire nequit. Ut, quod veritas eſt, dicam, hi fateantur neceſſe eſt, corpus ſibi videri infinitum, quod aperte palamque dicere nolunt, aut affirment, *ſpatium* non eſſe *corpus*. Videre enim libenter vellem ſobrium aut cordatum aliquem, qui poteſt, vel cogitatione quidem, *ſpatium* magis quam durationem intra terminos quoſdam concludere; quive ſperet cogitando ad alterutrius terminum pervenire: ſi igitur ſua ipſius æternitatis *idea* ſit infinita, ita etiam eſt *idea* immenſitatis; una æque infinita eſt ac altera.

§. XXII.

Dari vacuum, annihilatio probat.

PRæterea oportet, ut, qui *ſpatium* abſque *materia* exiſtere impoſſibile eſſe dicunt, non modo corpori infinitudinem tribuant, verum etiam negent, Deum potentiam habere partem aliquam materiæ annihilandi. Nemo, arbitror, inficiabitur, penes eſſe Deum omni, qui in materia ineſt, motui finem imponere & corporibus omnibus, quæ in rerum univerſitate continentur, reddere plenam & perfectam quietem, eamque, quamdiu voluerit, in ſtatu iſto conſervare. Quicunque igitur illud mihi dabit, poſſe Deum,

Deum, durante generali istiusmodi quiete, librum hunc aut legentis corpus annihilare, *Vacuum* possibile esse, fateri necesse habebit. Manifesto enim patet, spatium, quod materiæ annihilatæ partibus erat repletum, usque mansurum, & spatium fore absque corpore. Corpora enim circumambientia, cum plane quiescant, murus sunt adamantinus, & in isto statu efficiunt, ut impossibile sit alteri cuidam corpori, *spatium* illud occupare. Et quidem motus necessarius unius particulæ materiæ, in locum, unde alia materiæ particula removetur, ex plenitudinis suppositione necessario sequitur; hoc itaque melius probari debebat, quam supponendo, rem ita facto esse, quod experimento nunquam demonstrari potest; nostræ enim claræ distinctæque *ideæ* plane nobis indicant, haud necessariam esse connexionem inter *spatium* & *soliditatem*, cum alterum sine altera concipere possimus. Et qui pro & contra *vacuum* disputant, eo facto confitentur, se *pleni* & *vacui* distinctas habere *ideas*, hoc est, se *ideam* habere extensionis, soliditatis expertis, etiamsi existentiam isti denegant; sin minus, de nihilo omnino disputant. Qui enim verborum significationem usque adeo immutavere, ut *extensionem* vocent *corpus*, & consequenter totam corporis essentiam faciant nudam tantummodo extensionem absque soliditate, absurda dicant, necesse est, quandocunque de vacuo loquuntur, cum extensionem esse absque extensione impossibile sit. *Vacuum* enim, sive existentiam ei tribuamus sive denegemus, spatium sine corpore significat, cujus existentiam nemo possibilem esse negabit, nisi qui materiam infinitam esse contendet, aut Deo potentiam, particulam istius aliquam annihilandi, denegabit.

§. XXIII.

Motus vacuum esse probat.

HAud opus est, ut ultra extremos corporum omnium hujus universi terminos penetremus, aut, ad *vacuum* inveniendum, ad Dei omnipotentiam provocemus; cum illud ex motu corporum, quæ prope sunt & in nostro omnium conspectu, plane evinci posse videatur. Vellem enim, ut quis corpus solidum, cujuscunque velit magnitudinis, ita divideret, ut possibile sit, partes solidas libere sursum & deorsum undequaque intra superficiei istius corporis terminos moveri, nisi spatium vacuum intus relinquatur, æque amplum ac minima partium istarum, in quas corpus illud solidum ab illo divisum est. Et si tunc particula minima corporis divisi, granum sinapis magnitudine æquat, spatium vacuum, grani sinapis molem æquans necessario requiritur, ut libero motui partium corporis divisi intra superficiei ipsius terminos locus relinquatur; ubi materiæ particulæ sunt partæ 100, 000, 000 minores grano sinapis, oportet, ut ibi sit spatium, a materia solida vacuum, æquans partem 100, 000, 000 grani sinapis: & si in uno hoc vacuum adæquatum esi necessarium, etiam in altero esse debet, atque ita in *infinitum*. Spatium illud vacuum, utcunque angustum sit, *plani* hypothesin convellit. Si spatium enim esse potest corpore vacuum, æquale minimæ separatæ particulæ materiæ, quæ in rerum universitate reperitur, certo certius est, illud revera vacuum esse, & tantum inter spatium & corpus discrimen efficere, ac si esset μέγα χάσμα, sive par maximæ distantiæ, quæ in rerum natura cernitur. Quapropter si supponamus vacuum illud spatium, quod motui necessarium est, non esse æquale minimæ particulæ solidæ materiæ ita divisæ, verum

rum $\frac{1}{10}$ aut $\frac{1}{1000}$ istius, idem semper dicendum erit de spatio absque materia (48).

(48) En tam pervulgata quæstio de *vacuo*: nos eam sicco pede progredimur. Inutile, ac valde difficile esse hac de re veritatem internoscere putamus. Meum superat captum. Garrulis philosophis eam relinquo. Addam simpliciter quod inquit Lucretius, ex eo quia Dominus *COSTE* ad hoc faciendum exemplo nos docet. Hæc sunt argumenta, quæ cum Lockianis conveniunt.

. . . Nulla ratione moveri
Res possent: namque officium quod corporis extat
Officere atque obstare, id in omni tempore adesset
Omnibus: haud igitur quidquam procedere posset,
Principium quoniam cedendi nulla daret res.
. . . .
In saxis hoc speluncis permutat aquarum
Liquidus humor, & uberibus fient omnia guttis:
Dissupat in corpus cibus omne animantum:
Crescunt abstructa, & fœtus in tempore fundunt,
Quod cibus in totas usque ab radicibus imis
Per truncos, ac per ramos diffunditur omneis.
Inter septa meant voces, & clausa domorum
Transvolitant. Rigidum permanat frigus ad ossa.
Quod nisi inania sint, quo possent corpora quæque
Transire, haud ulla fieri ratione videres
. . . .
Denique cur alias aliis præstare videmus
Pondere res rebus, nihilo majore figura?
Nam si tantundem est in lanæ glomere, quantum
Corporis in plumbo est, tantundem pendere par est,
Corporis officium est quoniam premere omnia deorsum:
Contra autem natura manet sine pondere inanis.
. . . .
Nec tali ratione potest densarier aer,
Nec, si jam posset, sine inani posset, opinor,
Se ipse in se trahere, & partes conducere in unum.
Quapropter, quamvis caussando multa moreris,
Esse in rebus inane tamen fateare necesse est.

§. XXIV.

Ideæ Spatii & corporis diverſæ ſunt.

Cum vero hic quæſtio ſit, utrum *ſpatii* aut *extenſionis idea idem ſit cum idea corporis*, haud neceſſarium eſt vacui realem exiſtentiam; verum *ideæ* iſtius tantum exiſtentiam probare; quam, manifeſtum eſt, hominibus ineſſe, cum quærunt & diſputant, utrum *vacuum* ſit, nec ne? niſi enim ſpatii ſeorſim a corpore *ideam* haberent, nullam de exiſtentia ejus controverſiam moverent: & niſi corporis idea, qua imbuti ſunt, aliud quid in ſe contineret, præter nudam ſpatii ideam, impoſſibile eſſet, ut circa univerſi plenitudinem dubitationem aliquam haberent; & æque foret abſurdum quærere, an ſpatium ſit abſque corpore, ac utrum ſpatium ſit abſque ſpatio, aut corpus abſque corpore, cum hæc ejuſdem *ideæ* nomina tantum diverſa ſint (49).

§. XXV.

Extenſionis inſeparabilitas a corpore haud probat, eam idem eſſe cum corpore.

Fateor equidem, *extenſionis ideam* cum viſibilibus omnibus, & pleriſque omnibus tangibilibus qualitatibus, adeo inſeparabiliter eſſe connexam, ut in cauſa ſit, quo extenſionis impreſſiones ſimul recipiamus.

(49) Hic Lockius ad veritatem deſcendit. Poſſumus vacui ideam habere, ut illam reliquarum qualitatum corporis, vi abſtractionis nanciſci. Mihi animo corpus repræſento abſtraho ſoliditatem, & vacuum concipio. An revera detur? Tanti non ſum hac ſuper re judicium proferre, attamen ſi hoc mihi expoſtuletur, exiſtit dicam, ut exiſtunt reliquæ corporis qualitates a materia ſejunctæ.

mus. Ex eo, quod extensio prompte adeo celeriterque semet una cum aliis *ideis* in nostram animadversionem insinuavit, factum est, ut opinor, quod quidam totam corporis essentiam in extensione posuerunt; quod minime mirum videri debet, cum nonnulli mentes suas oculorum & tactus ministerio, (qui sensuum omnium sunt longe negotiosissimi) extensionis idea repletas habuere, & quasi penitus ab ea occupatas, ut rei nulli existentiam tribuendam censuerint, nisi quæ esset extensa (50). Haud mihi in præsenti cum hisce controversia erit, qui mensuram & possibilitatem omnis existentiæ desumunt tantum ab angustis crassisque imaginationibus suis: cum vero hic mihi lis sit cum iis tantummodo, qui corporis essentiam ideo extensionem esse concludunt, quod dicunt, se corporis ullius qualitatem aliquam sensibilem sine extensione imaginari non posse, velim, ut considerent (*), quod

---

(50) Hujus opinionis fuit *CARTESIUS*. Propriis verbis exponam. *Quum ex hoc solo, quod corpus sit extensum in longum, latum, & profundum, recte concludamus illud esse substantiam, quia omnino repugnat, ut nihili sit aliqua extensio; idem etiam ac spatio, quod vacuum supponitur, concludendum est; quod nempe quum in eo sit extensio, necessario etiam in ipso sit substantia* (*V. princ. par. 2 Art. 16.*). Sic quoque *MORUS* (*V. Part. 1. Enchir. cap. 8. §. 6*), est opinatus *CLARKIUS* spatium pro entis æterni proprietate sumit „ Substantia inquit, non est, „ neque ens æternum, & infinitum, sed proprietas entis &c entis æterni & infiniti „ (*Recueil &c. 4. §. 2. & Respons. 5. §. 10.*)

(*) Difficile est divinare rationem, qua Lockius hunc non brevem sermonem tenet contra Cartesianos. Cum eis loquitur de *ideis*, de *gustibus*, ac de *odoribus* ita, ut videantur illi credere, qualitates esse corporibus inhærentes. Interim certum est, quod multo antea, quam Dominus Lockius excogitavisset, suum librum conficere, Cartesianos pro comperto demonstrasse, quod saporum odorumque ideæ sint tantum in spiritu eorum, qui corpora sapida dicta gustant, & olfaciunt ea, quæ odorifera appellantur; & longe nimis, quam *hæ ideæ contineant in se aliquam* ex-

quod, si saporum & odorum, æque ac visus & tactus *ideas* animadvertissent; imo si respexissent famis & sitis, & aliorum dolorum *ideas*, comperissent, nullam in iis includi ideam extensionis; (51) quippe

---

extensionis ideam, excitentur in anima nostra a quodam in corporibus quod nullam relationem cum his ideis habet, ut fuit notarum *Cap. VIII.* § 14. Quando hunc *tentaminis* locum *de intellectu humano* interpretatus sum, concepi contemtum a Lockio factum, & eum admonui: at impossibile fuit, quod ea quæ Cartesianis hic tribuit, sint directe opposita illi, quod magna evidentia probarunt, & ipsemet in hoc opere adoptavit. Paulo post de me ipso diffidens, hac de re Baelio epistolam misi, & responsum habui, quod eram „ bien fondé à trouver l'*ignoratio* „ *Elenchi* dans le passage en question „ & videri potest hoc responsum in 247. *Epist. pag.* 932. *T. III.* nouvelle edition des *Lettres de Monsieur BAYLE* publiée en 1729. par M. *DES-MAIZEAUX*, qui novis literis adauxit, & addidit eruditas, curiosasque adnotationes. Et en nota, qua hic ingeniosus Editor adinvenit id, quo confirmatur censura, quam Baelius per transennam fecit, & format subjectum hujus articuli „ Les Carte- „ siens, ille ait, *postquam affert propria Lockii verba*, ils au- „ roient compris que toutes ces idées ne renferment en elles- „ memes aucune idée d'étendue . . . Les Carteſiens à qui M. „ Locke en veut ici, ont fort bien compris, *QUE TOUTES* „ *CES IDE'ES N'ENFERMENT EN ELLES-MEMES AU-* „ *CUN IDE'E* di *E'TENDUE*. Ils l'ont dit, redit, & prouvè „ plus nettement qu' on ne l' avoit ancor fait: desort que „ l'avis que Monsieur Locke leur donne, n'est pas fort a pro- „ pos, & pourroit méme faire croire qu'il n'entendoit pas trop „ bien leurs principes, comme M. Coste s'en étoit apperçu, & „ comme l'insinue ici Monsieur Bayle. *COSTE*.

(51) Quatenus dolor abstracte consideratur, nullam in eo extensionem concipio, non ita tanquam affectio corpori inhærens. Mihi animo repræsento colorem, si pro affectione hujus illiusve corporis habeo, in eo concipio majorem minoremve extensionem. non sic si animo mihi illum tanquam abstractum repræsento. Ratio est. Quod cum sit tota coloris superficies eisdem partibus integrantibus conflata, una pars, etsi infinite minima, eamdem coloris ideam excitat ac reliquæ simul conjunctæ, per consequens tanquam inextensus percipitur, sed revera quoad se color ex-

pe quæ tantum affectio est corporis, perinde ac reliquæ, quæ sensibus deteguntur, quorum acumen haud satis perspicax est, quod in puras rerum essentias penetraret.

§. XXVI. Si ideæ istæ, quæ cum omnibus aliis semper connexæ sunt, necessario dicendæ sunt rerum istarum *essentia*, quæ ideas istas semper sibimet annexas habent, quæque ab iis separari nequeunt; tunc dubio procul unitas rei uniuscujusque essentia est. Nullum enim est sensationis aut reflexionis objectum, quod non *ideam* unitatis in se contineat: quam invalida vero sit hujusmodi argumentatio, satis antea demonstravimus (52).

§. XXVII. Ut omnia concludam, quicquid homines de *vacui* existentia opinentur, mihi certe perspicuum est, nos æque claram habere *ideam spatii* a soliditate distincti, ac soliditatis habemus a motu, aut motus a spatio diversi. Haud nobis insunt duæ quædam aliæ *ideæ* magis a se invicem distinctæ, nec difficilius spatium sine soliditate, quam corpus aut spatium sine motu concipere possumus; etiamsi certissimum sit, nec corpus nec motum sine spatio existere posse. Utrum quis censere debeat, spatium sumendum esse pro relatione solum, quæ fluit ab existentia entium aliorum distantium: utrumve opinandum sit, sapientissimi Regis *Salomonis* verba: *cæli*

extensionem habet; non absimili modo de dolore dici potest: una pars, etsi minima concipiatur, vel ne terminis confundatur, extensione orbata, excitat perceptionem, quam dolorem appellamus, sed non ideo inextensus est. Nos in tractatu doloris (*V. Malat. flat tom.* 11.) demonstravimus, hunc esse in ratione extensionis mutationum illum producentium, quapropter eund m habemus majorem, minoremve, ratione ipsius extensionis, ut in opere indigitato luculenter demonstravimus.

(52) Auctor hic ingeniose arguit, & veritatem ostendit.

cœli ipsi, *& cœli cœlorum non capiunt te*; aut magis emphatica ista philosophi, spiritu divino inflati, Divi *Pauli* (*) (**) *in ipso vivimus*, *& movemur*, *& sumus*, in literali sensu intelligenda esse, penes uniuscujusque judicium relinquo, nostra tantum *spatii idea* ea est, arbitror, quam superius retuli, & a corporis *idea* distincta. Sive enim in materia ipsa consideremus cohærentium partium solidarum distantiam, eamque, partium istarum solidarum respectu, *extensionem* voce-

(*) Act. XVII. 28.

(**) *Ces paroles de l'original expriment, ce me semble, quelque chose de plus que la traduction Françoise, ou du moins elles representent la même chose plus vivement, & plus nettement.* Hæc est reflexio, quam in verba S. PAULI ego feci in prima Gallicana editione hujus operis. Ego suadere tentabam quod hæc verba debebant intelligi litteraliter, & in sensu quo sunt. Locchius contentus fuit visus de directione a me sumta, quæ ducebat ad confirmandum quod Lockius de spatio credebat, & in diversis hujus operis locis insinuabat, licet indirecto, ac abscondito modo: scire, quod spatium hoc sit ipsemet Deus, vel potius Dei proprietas. Sed postea præcise ille cogitavit, & credo majorem probabilitatem hic habere quod oporteret hic traducere, ut nonnulli fecere, ἐν αὐτῷ, *par lui. C'EST par lui que nous avons la vie, le mouvement & l'etre.* Hoc est Dei bonitas, cujus viam tenemus, magnum bonum, quod est ceterorum fundamentum, & sua actualis assistentia, qua fruamur. Hæc explicatio valde naturalis est, & optime concordat cum quo S. Paulus in eodem sermone ait, quod *c'est Dieu qui donne a tout la vie, la respiration & toutes choses*, αὐτὸς διδοὺς πᾶσι ζωὴν καὶ πνοὴν καὶ τὰ πάντα, *vers.* 25. Ab eis est cognitum qui græcum intelligunt, quod propositio ἐν, quam S. Lucas sumit in loco, de quo agitur, aliquoties significat in optimis auctoribus, & potissimum in novo testamento: ἐλάλησεν ἡμῖν ἐν υἱῷ S. Paulus ait in Epist. ad Hebræos. *Il nous a parlé par son Fils*, c. 1. v. 1. & in eodem capite *Act.* v. 31. ἐν ἀνδρὶ ᾧ ὥρισε, *par l'homme qu'il a destiné*. Quoad ratiocinationem pure philosophicam, qua Lockius in hoc capite utitur, & pro confirmando suo argumento de existentia, & proprietatibus spatii, videri potest, quod fuit dictum in hoc eodem capite §. 16. in notis. *COSTE*.

cemus ; sive eam spectantes tanquam inter corporis cujusdam extrema in variis istius dimensionibus interjacentem, eam *longitudinem*, *latitudinem* & crassitiem vocemus; vel respicientes eam tanquam inter duo quædam corpora, aut entia positiva interjectam, haud considerantes, utrum materia aliqua interjaceat, nec ne, eam appellemus *distantiam*. Quibuscunque nominibus appelletur, quomodocunque spectetur, eadem semper est uniformis simplexque *idea spatii* ab objectis sumpta, circa quæ sensus nostri fuerint versati; cujus cum in animis hæreant ideæ, possumus eas resuscitare, repetere, &, quoties libuerit, sibi invicem connectere, nec non spatium aut distantiam ita conceptam considerare, vel tanquam solidis partibus repletam, adeo ut aliud corpus eo pervenire nequeat, nisi, quod prius inerat corpus, inde expellat; vel tanquam soliditatis expertem, adeo ut corpus ejusdem dimensionis cum vacuo isto aut puro spatio, possit in ea collocari, sine remotione aut expulsione rei cujusdam, quæ prius ibi locum obtinuit. In hujusmodi disquisitionibus super hac re ut vitetur confusio, satius, puto, foret, ut vox *extensio* soli materiæ sive distantiæ, quæ est inter corporum particularium extremitates; atque *expansio* tribueretur spatio in genere, sive corpore repleatur, nec ne; at in hoc faciet unusquisque, quod visum ipsi fuerit; a me non alium in finem propositum est, quam ut homines claro inter se, & luculento sermone utantur.

§. XXVIII.

§. XXVIII.

Parvum est inter homines discrimen, quod ad claras ideas simplices attinet.

SI quid verbis significetur, accurate sciremus, in hac, arbitror, perinde ac multis aliis rebus finem disputandi cito faceremus. Credo enim, homines, cum diligenter eas examinent, videre, simplices suas ideas inter se communiter consentire, etiamsi in sermone nonnunquam semet invicem diversis nominibus confundant. Censeo, homines, quibus moris est cogitationes suas abstrahere, quique mentium suarum *ideas* diligenter expendunt, *cogitando haud multum inter se discrepare posse*; utcunque verborum spinis semet implicent, pro scholarum aut sectarum, quarum secuti sunt institutionem, diversa loquendi ratione: etiamsi inter homines ignavos, qui ideas suas haud diligenter & accurate animadvertunt, nec eas signis, quæ pro iis supponuntur, aperire consuescunt, verum eas cum vocibus confundunt, discrepationes, rixas, & lites perpetuas esse necesse est, præsertim si viri sint litteris eruditi, si peculiarem aliquam sectam sequantur, si sectæ istius sermoni assueti sint; & aliorum imitari colloquia didicerunt. Si forte vero contingeret, ut quidam duo viri perspicaces diversas haberent *ideas*, haud video, quomodo sermones inter se conferre possent. Hic tamen ab errore cavendum est, nec putandum statim, vagam omnem, & fluctuantem in cerebro imaginationem, inter istas, de quibus loquor, *ideas* recensendam esse. Haud facile mens confusas istas notiones & præjudicia exuere potest, quæ ab usu, incuria, & communi vitæ consuetudine hausit: haud sine labore & assiduitate *ideas* suas tantisper excutere potest, donec resolutæ fuerint in claras & distinctas simplices istas, e quibus componuntur, & perspicere quænam, inter simpli-

plices suas, habeant necessariam connexionem & dependentiam a se invicem, vel non habeant. Nam donec hoc fit ab homine in primariis & originalibus rerum notionibus, ponit fundamenta in certis & fluctuantibus principiis; seque in errore versari sæpius deprehendet.

C A P. XIV.

De Duratione & modis ejus simplicibus.

§. I.

Duratio est extensio.

ALiud genus distantiæ est, sive longitudinis, cujus *ideam* non a permanentibus partibus spatii, verum a fluentibus & perpetuo intereuntibus successionis partibus nanciscimur, hanc *durationem* appellamus, cujusmodi simplices sunt quævis diversæ istius longitudines, quarum distinctas habemus, *ideas*, uti *horas*, *dies*, *annos*, &c. *tempus* & *æternitatem*.

§. II.

Ideam ejus nanciscimur, idearum nostrarum seriem animadvertendo.

MAgni viri responsio, cuidam interroganti quid esset tempus reddita, *si non rogas, intelligo*, (quod perinde est, ac si diceret, quo magis illud cogitatione comprehendere laboro, eo minus intelligo) quibusdam fortasse persuadere posset, tempus, quod reliqua omnia patefacit, ipsum haud cognoscendum

dum esse. *Duratio*, *tempus*, & *æternitas* putantur, nec sine ratione, aliquid valde abstrusum in naturis suis habere: utcunque vero hæc ab intelligentia nostra remota videantur, si recte tamen ea ad primos usque fontes illorum consectemur, nullus dubito, quin unum ex istis omnis nostræ cognitionis principiis, videlicet *sensatio* aut *reflexio*, ideas hasce nobis sit suppeditaturum, claras æque & distinctas, ac sunt multæ aliæ, quas multo minus obscuras vulgo censemus; & sic comperiemus *æternitatis* ipsius *ideam*, ab eodem fonte cum reliquis ideis nostris fluxisse.

§. III. Ut *tempus & æternitatem* recte intelligamus, attente considerare debemus, qualis sit temporis *idea* ista, quam habemus, & unde eam nacti simus. Cuivis manifestum est, qui ad ea, quæ in animo fiunt, velit attendere, ingentem esse *idearum* catervam, quæ quamdiu vigil est, sibi invicem constanter in intellectu succedunt, harum *idearum animadversio*, quarum una alteri in mente succedit, *ideam* nobis successionis exhibet, & distantia inter partes quasdam successionis istius aut inter apparentias duarum *idearum*, quæ se menti repræsentant, illud est, quod *durationem* vocamus. Dum cogitamus enim, aut dum varias *ideas* successive in mentem recipimus, nos existere, nobis conscii sumus; atque ita existentiam aut continuationem existentiæ nostræ, aut alterius rei cujusvis, cujus mensura *idearum*, quæ apparent & dispereunt, in mente successioni respondet, appellamus nostri durationem, aut talis rei cujusvis cum cogitatione nostra coexistentis.

§. IV. Nos *successionis & durationis* notionem nostram ab hoc fonte haurire, nimirum, ab *idearum* catervæ animadversione, quas successive mentem subire percipimus, mihi perspicuum exinde videtur, quod nullam habeamus *durationis* perceptionem, nisi *idearum* seriem contemplando, quæ ordine in intel-

le-

lectum incurrunt, ceſſante iſta *idearum* ſucceſſione, noſtra durationis perceptio ſimul eſſe deſinit (53); quod unuſquiſque clare in ſemet experitur, dum per horam, diem, menſem, aut annum arcte & graviter dormit, cujus rerum durationis, dum ſopitus jacet, aut non cogitat, nullum omnino ſenſum habet, verum penitus amittitur, & inter momentum, quo indormiens cogitare deſiit, atque illud, quo rurſus evigilans cogitare incepit, nullum intercedere intervallum videtur; nec dubito, quin res in vigilante ita ſe haberet, ſi poſſibile eſſet, ut unam tantummodo *ideam* ſine variatione, & aliarum ſucceſſione in mente retineret: videmus quippe quotidie, eum, cujus cogitationes in rem unam valde ſunt intentæ, adeo,

(53) *Durationem* appellant philoſophi *continuam entis alicujus exiſtentiam*, & ea communiter diſpeici ſolet in *abſolutam* & *relativam*: illa quatenus reſpicitur nulla habita ratione ad alia; hæc, quatenus ex aliis illam metimur. Locikus cum notione ſucceſſionis durationem conjungit; recte porro. Aliquid non internoſcitur niſi ratione mutationis productæ; quapropter, ablata ſucceſſionis idea, nihil in duratione percipimus; quod poſſit nobis mutationem afferre. Continuo obſervamus. I. Quod aliquid actu exiſtit. II. Quod modo exiſtebat, recidit ad ſtatum meræ poſſibilitatis. III. Quod erat in ſtatu meræ poſſibilitatis ſumit complementum, & deducitur ad actum. Hæ perceptiones, quas nos continuo efficimus, dant ideam *durationis*, *ſucceſſionis*, & *temporis*; quam ob rem luculenter obſerves, quod *duratio* relativa ideam durationis abſolutæ nobis ſuppeditat. Verum eſt, quod nonnulli credidere, poſſe durationem concipi conſiderando ens ab omnibus aliis rebus diſtinctum; at peto, undenam argui poteſt, hoc non illud perdurare? Lockius eruit ideam durationis ab idea ſucceſſionum perceptionum, nimirum advertendo aliquid pluribus noſtris perceptionibus, quarum una alteri ſuccedit, coexiſtere. Hæc fuit opinio Ariſtotelis (*V. 4. Phyſic. lib.*). Et nos hoc duntaxat modo ideam durationis poſſumus nanciſci abſque obſervatione rerum, quæ ſibi invicem ſuccedunt, at habemus eam cum idea ſucceſſionis perceptionum, & per conſequens cum idea durationis relativæ, ut meditantibus patet.

adeo, ut ad *ideas*, quæ per mentem transeunt, parum attendat, dum in ista contemplatione penitus est defixus, committere, ut magna pars durationis istius elabatur, ipso non animadvertente, & tempus illud multo, quam revera est, brevius putare. Si vero somnus durationis partes distantes vulgo adunat; propterea est, quod, dum somno sumus obruti, nullam *idearum* successionem in mente habeamus. Si homo enim in somnis forte aliquid videat, & variæ *ideæ* semet in mente ejus successive perceptibiles reddant, habet tunc, durante istiusmodi somnio, sensum durationis & longitudinis istius. Unde mihi palam est, homines *ideas* suas durationis desumere a *reflexione in seriem idearum*, quas successive mentes suas subire animadvertunt, qua sine animadversione impossibile est, ut rerum, quotquot in mundo fiunt, *durationis* notionem aliquam habeant (54).

§. V. Potest quidem aliquis, qui mentis aciem retro in cogitationum suarum successionem & numerum flectendo, notionem aut *ideam durationis* nactus est, notionem istam rebus applicare, quæ tempore, quo cogitat, haudquaquam existunt; prout is, qui visus aut tactus adminiculo extensionis *ideam* e corpo-

(54) Libenter exposcerem a Lockio, se ipso dormiente, perdurant ne entia? Si affirmaretur, ergo duratio entis non pendet a sola perceptione, ut videtur ipse cogitasse; si negaret, dubito quin diceret, nihil existere extra nos, sed omnia in nobis invenire, quod tanquam absurdum a philosophis refellitur. Sed ut textum enodemus, est considerandum, quod Lockius hic confundit durationem *subjectivam* cum *objectiva*. Hanc appello habita ratione ad quid perdurabile, illam ad perceptionem ipsius entis. Si aliquid existit, & credit durare, ex eo quia sumsit complementum possibilitatis, nulla habita ratione ad mentem suam, concipitur duratio *objectiva*; si postea ita creditur, quatenus percipitur, suis successivis perceptionibus coexistere, concipitur duratio subjectiva. Ad hanc sane requiritur vigilans, non ad illam, ut ex allata definitione internoscitur.

poribus cepit, potest eam distantiis tribuere, in quibus nec per visum, nec per tactum, corpus aliquod percipitur. Quare etiamsi homo nullum habeat sensum longitudinis istius durationis, quæ ipso dormiente, aut non cogitante, præteriit: quoniam vero dierum & noctium revolutionem observavit, & illarum durationis longitudo visa est ipsi regularis & constans esse, ex supposito, quod revolutio ista eodem modo, tempore quo dormivit, aut cogitationum expers fuit, quo aliis temporibus peracta fuerit, animo sibi fingere potest *durationis* longitudinem, quæ somno tribuitur. Si vero *Adamus* & *Eva* (dum soli erant in mundo) pro usitata quiete nocturna, totas istas viginti quatuor horas in uno continuo somno transegissent, viginti quatuor horarum istarum duratio fuisset illis irrecuperabiliter amissa, & ex illorum temporis computo æternum excidisset (55).

§. VI.

Idea successionis haud a motu est.

HOc modo ex *reflexione in varias ideas*, *quarum una post aliam intellectui comparet*; *successionis notionem adipiscimur*; quam si quis putaverit potius ex observatione motus per sensus oriri (56), in nostra, fortasse, opinione erit, quamprimum consideraverit, motum haud secus successionis *ideam*

 in

(55) Hic Lockius se remittit, verum confuso modo concipit durationem. Id vos explanatum habetis ad dicta (53) attendendo.

(56) Vulgo putant, durationem esse ens successivum ex eo quia ejus partes nunquam omnes simul existunt, sed una alteri succedit, non secus ac perennis fluminis cursus; quapropter concipiunt ideam durationis ex idea motus æquabilis ac continui, quod Auctor advertit, recteque conciliat.

in mente producere; quam quatenus inibi producit seriem continuam *idearum* distinguibilium. Homo enim corpus intuens, quod revera movetur, nullum adhuc motum percipit, nisi motus ille *idearum successivarum* seriem constantem producat, v. g. qui mari nimis pacato utitur, procul a telluris conspectu, luce serena, per horam fortasse continuam, solem, aut mare, aut navim intuebitur, nec tamen ullum omnino motum in quovis illorum perciperet; etiamsi certissimum sit, duo istorum, & forsan omnia, temporis istius curriculo, procul mota fuisse: si quando vero persenserit, illorum alterutrum cum alio corpore distantiam commutasse; ut primum motus iste novam aliquam ideam in ipso producat, tunc motum fuisse percipit (57). Ubicumque vero aliquis ita positus est, ut corpora cirumambientia quiescant, atque ipse haud motum quendam sentiat, si inter quiescendum in re aliqua cogitationes posuerit, sentiet cogitationum suarum varias *ideas* in animo, quarum aliæ post alias ordine comparent, atque eo pacto successionem reperiet, ubi motum nullum observare poterat.

§. VII. Atque hæc, puto, ratio est, cur *motus valde tardi*, etiamsi constantes sint, *haud a nobis percipiantur*; quoniam in progressu illorum ab alia parte sensibili in aliam, eorum distantiæ mutatio adeo tarda est, ut nullas in nobis novas *ideas* excitet, nisi post longum temporis intervallum & unius post alteram successionem: atque ita, cum non *idearum* no-

(57) Distinguitur motus apparens a motu vero: in illo non movetur res, etsi moveri videatur; in hoc multoties movetur, etsi quiescere credamus: hoc evenit quando angulus, qui dicitur *opticus*, non mutatur vel non videtur mutari, ut si videas hominem longe ambulare, vel ad te directe venire. Illud quando motu communi ducimur, ut res nobis in nave positæ, quas non moveri, percipimus.

novarum seriem constantem efficiat, quarum una alteram immediate in animo sequitur, nullam motus perceptionem habemus; quoniam enim iste motus in continua successione consistit, successionem istam percipere nequimus, sine successione constanti variarum idearum, quæ oriuntur ab eo.

§. VIII. Contra, res, quæ celeriter adeo moventur, ut distinguibiles motuum suorum distantias haud distincte sensibus imprimant, atque ita haud seriem aliquam *idearum* in animo efficiant, *haudquaquam* etiam *percipiuntur*. Quod enim breviori tempore in circulo circumfertur, quam idearum nostrarum aliæ aliis in animis succedere solent, non moveri observatur, verum videtur esse perfectus, & integer circulus istius materiæ, aut coloris, & non pars circuli in motu (*).

§. IX.

Idearum comitatus certum habet celeritatis gradum.

PEnes itaque alios judicium esse velim, annon probabile sit; *idearum* nostrarum alias, dum vigilamus, aliis in animo ad certas quasdam distantias succedere, simulacrorum ferme ritu, quæ in laternæ interiori parte candelæ calore circumrotantur: hæc illarum turmatim apparentia, etiamsi aliquando forsasse celerior, nonnunquam tardior sit; tamen, in vigilante, arbitror, haud varia & multiplex est: *ideæ istæ secundum celeritatem tarditatemque successionis unius post alteram in mentibus nostris*, *certis* mihi videntur finibus circumscribi, ultra quos nec mora inferri, nec celeritas adhiberi potest.

(*) *V. anal. intell. hum. n. 32. SOAVE.*

in mente producere; quam quatenus inibi producit seriem continuam *idearum* distinguibilium. Homo enim corpus intuens, quod revera movetur, nullum adhuc motum percipit, nisi motus ille *idearum successivarum* seriem constantem producat, v. g. qui mari nimis pacato utitur, procul a telluris conspectu, luce serena, per horam fortasse continuam, solem, aut mare, aut navim intuebitur, nec tamen ullum omnino motum in quovis illorum perciperet; etiamsi certissimum sit, duo istorum, & forsan omnia, temporis istius curriculo, procul mota fuisse: si quando vero persenserit, illorum alterutrum cum alio corpore distantiam commutasse, ut primum motus iste novam aliquam ideam in ipso producat, tunc motum fuisse percipit (57). Ubicumque vero aliquis ita positus est, ut corpora cirumambientia quiescant, atque ipse haud motum quendam sentiat, si inter quiescendum in re aliqua cogitationes posuerit, sentiet cogitationum suarum varias *ideas* in animo, quarum aliæ post alias ordine comparent, atque eo pacto successionem reperiet, ubi motum nullum observare poterat.

§. VII. Atque hæc, puto, ratio est, cur *motus valde tardi*, etiamsi constantes sint, *haud a nobis percipiantur*; quoniam in progressu illorum ab alia parte sensibili in aliam, eorum distantiæ mutatio adeo tarda est, ut nullas in nobis novas *ideas* excitet, nisi post longum temporis intervallum & unius post alteram successionem: atque ita, cum non *idearum* no-

(57) Distinguitur motus apparens a motu vero: in illo non movetur res, etsi moveri videatur; in hoc multoties movetur, etsi quiescere credamus: hoc evenit quando angulus, qui dicitur *opticus*, non mutatur vel non videtur mutari, ut si videas hominem longe ambulare, vel ad te directe venire. Illud quando motu communi ducimur, ut res nobis in nave positæ, quas non moveri, percipimus.

novarum seriem constantem efficiat, quarum una alteram immediate in animo sequitur, nullam motus perceptionem habemus; quoniam enim iste motus in continua successione consistit, successionem istam percipere nequimus, sine successione constanti variarum idearum, quæ oriuntur ab eo.

§. VIII. Contra, res, quæ celeriter adeo moventur, ut distinguibiles motuum suorum distantias haud distincte sensibus imprimant, atque ita haud seriem aliquam *idearum* in animo efficiant, *haudquaquam* etiam *percipiuntur*. Quod enim breviori tempore in circulo circumfertur, quam idearum nostrarum aliæ aliis in animis succedere solent, non moveri observatur, verum videtur esse perfectus, & integer circulus istius materiæ, aut coloris, & non pars circuli in motu (*).

§. IX.

Idearum comitatus certum habet celeritatis gradum.

PEnes itaque alios judicium esse velim, annon probabile sit; *idearum* nostrarum alias, dum vigilamus, aliis in animo ad certas quasdam distantias succedere, simulacrorum ferme ritu, quæ in laternæ interiori parte candelæ calore circumrotantur: hæc illarum turmatim apparentia, etiamsi aliquando fortasse celerior, nonnunquam tardior sit; tamen, in vigilante, arbitror, haud varia & multiplex est: *ideæ istæ secundum celeritatem tarditatemque successionis unius post alteram in mentibus nostris*, *certis* mihi videntur finibus circumscribi, ultra quos nec mora inferri, nec celeritas adhiberi potest.

L 3 §. X.

(*) *V. anal. intell. hum. n.* 32. *SOAVE*.

§. X. Novæ hujuſce conjecturæ ratio eſt, quod obſervavi, nos in impreſſionibus in quoſvis e ſenſibus noſtris factis, non niſi ad certum gradum aut celeritatis aut tarditatis quamvis ſucceſſionem percipere poſſe; quæ ſi, verbi cauſa, valde celeris ſit, ſenſum amittimus ſucceſſionis iis in rebus, in quibus liquido patet, realem eſſe ſucceſſionem. Si plumbea glans ex ingenti bombarda emiſſa per cameram penetret, & in tranſitu membrum aliquod aut carneam partem hominis, ſecum rapiat; luce clarius eſt neceſſe eſſe, ut in eo caſu hæc duo oppoſita cameræ latera ſucceſſive feriat: perſpicuum etiam eſt, neceſſum eſſe, ut unam partem carnis primo tangat, dein alteram; atque ita ſucceſſive; credo tamen, neminem ex iis, qui ſenſerunt unquam vulneris iſtiuſmodi dolorem, aut ejuſmodi bombardæ ictum in duos diſtantes inter ſe parietes ſævientem, audiverunt, ſucceſſionem aliquam, aut in dolore iſto, aut in ictus adeo celeris fragore percipere potuiſſe. Id genus duratio, in qua nullam percipimus ſucceſſionem, *inſtans* vocatur; atque ea eſt, quæ in animis *noſtris unius tantum ideæ tempus occupat*, ſine alterius ſucceſſione, ac proinde in illa nullam omnino ſucceſſionem reperimus. (*). §.XI.

(*) Ex. iis quæ tum ſuperiori, tum hoc paragrapho tradit Auctor, colligitur, tantum abeſſe, quod actiones animæ cum actionibus corporis comparatæ dici queant adeo celeres, ut in unico inſtanti quampluribus contineantur; quin immo e contra dicendum ſit actiones corporis cum actionibus animæ comparatas plerumque eſſe adeo celeres, ut in unico inſtanti quamplures contineantur. Temporis ſpatium, in quo glans plumbea ex ingenti bombarda emiſſa parietem perterebrat, cameram penetrat, atque alium quoque parietem perforat. eſt tantum portio durationis, *quæ in animis noſtris unius tantum ideæ tempus occupat*: hoc unicum inſtans eſt, & in hoc inſtanti continentur, ut patet, actiones quamplures. Hæc omnia pugnant cum iis, quæ ſuperius aſſeruit c.9 §. 10. ubi vid quæ adnot. (**) *THIELE*.

(**) Nullam adinvenio hic contradictionem, ut credit illuſtrans

§. XI. Hoc etiam accidit, *ubi motus adeo tardus est*, ut *idearum* recentium turbam constantem sensibus adeo celeriter suppeditare nequeat, ut posset mens novas in se recipere (58); quapropter cogitationum nostrarum *ideæ* alteræ, cum inter illas, quæ a corpore moto sensibus nostris offeruntur, locum in mente inveniant, ibi motus sensus amittitur; atque corpus etiamsi realiter moveatur, cum tamen cum aliis quibusdam corporibus haud distantiam perceptibilem ea celeritate mutet, qua animorum nostrorum *ideæ* naturaliter se invicem magno comitatu sequuntur, idcirco quiescere videtur, prout videre est in horologiorum indicibus, solariorum umbris, & aliis diuturnis, verum tardis, motibus, & in quibus etiamsi post definita intervalla, per distantiæ mutationem motum fuisse sentimus, tamen motionem ipsam non percipimus.

strans; locus Lockii citatus videri potest, nec non illustratio allata ab ipso illustrante, ut & quoque nostra; ibidem considerat actionem animæ, nulla habita ratione ad sensus, hic quoad impressiones ab objectis organo sensorio factas. In maxima celeritate confunduntur inter se impressiones, per consequens percipiuntur confuse. Ceteroquin anima videt quod sibi repræsentatur, hæc præsentatio pendet ab energia spirituum, ac rapiditate, & mechanismo nostræ constitutionis; quapropter ea omnia quibusdam terminis circumscripta videmus, nec uno tempore plura concipi possunt ratione organorum, quæ sunt sensui dicata, hac de re (*V. anal. intellect. aa tom.* 1.)

(58) Gradus mutationis organo sensorio factus, est tum infinite minimus, & cum zero confunditur.

§. XII.

Successio hæc omnis alterius successionis mensura est.

CEnseo itaque, *constantem & regularem idearum successionem* in vigilante esse quasi omnium *aliarum successionum mensuram*; ita, si quædam res celeritate *ideas* nostras superent, uti cum duo soni, aut duæ doloris sensationes &c. in successione sua unius tantum ideæ durationem comprehendant; aut ubi motus aut quædam successio adeo tarda est, ut non paribus feratur gradibus cum *ideis* in animis nostris, nec eam, qua istæ mentem subeunt, celeritatem æquet, (59) veluti cum una quædam, aut plures *ideæ* in cursu suo ordinario in animum, medio tempore inter illas, introeunt, quæ visui repræsentantur per diversas perceptibiles distantias corporis, quod in motu est, aut per sonos, & odores sibi invicem succedentes; ibi etiam constantis continuæ successionis sensus amittitur, nec eum nisi cum intermediis quibusdam quietis intervallis persentiscimus.

§. XIII.

Mens in una invariata idea diu hærere nequit.

SI verum est, mentis nostræ *ideas*, quamdiu aliquas ibi habemus, mutari constanter & perenni successione variari, dicet aliquis, impossibile esse, ut quis

(59) In sensu modo explanato sumi debet. Si res superat actum repræsentationis, quem, vidimus, pendere ab actu impressionis confectæ. & rapiditate spirituum, vel deficiat ab illo, quod pendet a tarditate novæ integræ impressionis, habita ratione ad actum repræsentationis, non habetur tum constantis ac continuæ successionis sensus.

quis diu in unius cujusdam rei cogitatione hæreret: si hujus locutionis sensus sit, posse hominem *unam eandemque ideam numero simplicem in animo suo, sine ulla variatione diuturno tempore habere*, credo, illud factu haud possibile esse, cujus, (cum nescius sim, quomodo mentis nostræ *ideæ* formentur, ex qua effingantur materia, unde lucem suam mutuentur, & qua ratione se nobis conspiciendas præbeant) non aliam rationem reddere possum præter experientiam: & vellem, ut quis experientiam faceret, utrum unam simplicem *ideam* diu invariatam in animo suo sine ulla alia retinere possit.

§. XIV. Experimenti gratia, sumat sibi figuram aliquam, vel certum quemdam lucis aut albedinis gradum, aut aliam, quam maluerit rem, quamcunque; in eo casu, arbitror, difficile erit ipsi, alias omnes *ideas* ex animo excludere: verum quædam, quæ sunt generis diversi, aut variata ejusdem ideæ notio (quæ considerationes novam efficiunt ideam) quamcunque adhibuerit cautionem, constanter sibi invicem in cogitationibus succedent.

§. XV. In hoc casu, nihil aliud, arbitror, quis agere potest, nisi *ideas* observare, quarum aliæ aliis in intellectu succedunt; aut revocare sibi & adsciscere eas, quas desiderat, vel quæ usui sunt: novarum vero *constantem successionem*, puto, nequit impedire, etiamsi communiter penes ipsum est eligere, utrum ad eas diligenter attendere velit, nec ne. (60).

§. XVI.

(60) Anima unico actu percipit quod sibi repræsentat, & forsan perceptione confecta, deficit postea ratio sufficiens, quæ illi adhæreat. Mathematici contemplantur unicam figuræ notam, at impendunt tempus non in una perceptione, in pluribus potius, quæ ad ipsam notam detegendam inserviunt. Hoc non obstante, non disquirendum est hic an anima possit diu in una idea immorari, vel semper labat in novam; sufficit concipere animam revera ex una in aliam labere; quapropter ex hac idearum successione, successionis ideam adipiscimur.

§. XVI.

Ideæ quomodocunque factæ motus sensum nullum in se includunt.

UTrum diversæ hæ *ideæ* in mente humana per motus quosdam efficiantur, non hic disputaturus sum: hoc certus scio, in illarum apparentia nullam motus *ideam* includi; & nisi homo *ideam* motus aliunde obtineret, credo, eum nullam omnino habiturum, quod satis nostro huic instituto facit, & satis demonstrat, *idearum* animadversionem in animos nostros succedentium illud esse, quod successionis & durationis *ideam* nobis exhibet, & sine ea nullas omnino id genus *ideas* haberemus. Haud motus igitur est, verum continua *idearum* series in animis nostris, dum vigilamus, *quæ durationis ideam nobis suppeditat*, cujus motus haud aliter nos sensu quodam afficit, nisi quatenus causa est constantis *idearum* successionis in animis nostris, prout superius monstravimus: nec minus claram successionis & durationis *ideam*, ex aliarum *idearum* serie in animis nostris sibi invicem succedentium sine motus cujusdam *idea*, quam per *idearum* illarum seriem nanciscimur, quæ oritur ex ea, quam per motum habemus, continua & sensibili distantiæ mutatione inter duo corpora, & proinde durationis *ideæ* haud minus animis nostris obversaretur, si nullo motus sensu omnino afficeremur.

§. XVII.

Tempus est duratio mensuris designata.

CUm durationis ideam hoc modo nacti simus, proxime menti naturaliter incumbit; communis hujusce durationis *mensuram* aliquam invenire, cujus adminiculo, de variis ejus longitudinibus judicium ferre, & ordinem, in quo res diversæ existunt, distin-

ſtincte ſpeculari poſſit, ſine quo cognitio noſtra plurimum confuſa foret, & magna pars hiſtoriæ inutilis redderetur. Hæc durationis conſideratio, quatenus definitis terminatur periodis, & certis menſuris aut *Epochis* deſignatur, illud, opinor, eſt, quod proprie vereque *Tempus* appellamus. (61).

§. XVIII.

Oportet, ut idonea temporis menſura totam durationem in periodos æquales dividat.

IN extenſione menſuranda nihil aliud requiritur præter menſuræ, qua utimur, applicationem ad rem iſtam, cujus extenſionem ſcire ſtudemus; in duratione vero menſuranda hoc fieri nequit, quoniam illæ duæ diverſæ partes ſucceſſionis adhiberi poſſunt ad ſe invicem metiendas. Cum itaque nihil ſit *durationis menſura*, præter extenſionem, fieri nequit, ut durationis, quæ in ſucceſſione perpetuo fluenti conſiſtit, ad manum habeamus ſtatam aliquam nec variantem menſuram, perinde ac certarum longitudinum

(61) Sunt qui definiunt tempus per „ durationem entis, quod „ & originem habuit, & finem eſt habiturum „ (*V. Genuv. El. met. p. prior. cap. VII. §. LXVIII pag.* 58.), alii „ per ordinem in ſucceſſivis „ (*V. Baum inſt met* §. 245.). Qui nimis imaginationi indulgent, ſibi repræſentant tempus tanquam ens compoſitum, ex partibus ſucceſſivis continuis conſtans, & perdurans, ſeu contemplantur tanquam rectam lineam, quæ gignitur a fluxu puncti (*V. Wolf. Ontol. lat. p.* 448. §. 582). Quocunque modo contemplemur tempus, ſemper ratione ejus ſucceſſionis adipiſcimur ideam: nos animo nobis repræſentamus compoſitum ex partibus ſucceſſivis, quatenus concipimus, dari ſucceſſionem; pariter lineæ rectæ comparamus, & in ea tempus percipimus, quatenus obſervamus, alteram partem exurgere, una parte rectæ lineæ deſcripta; per conſequens quatenus *definitis periodis*, ut ait Lockius, durationem conſtare, concipimus.

num extensionis, uti digitorum, pedum, ulnarum &c. quæ in permanentibus materiæ partibus definiuntur. Nihil itaque satis idoneum esse potuit, quod mensura esset temporis, nisi quod totum durationis suæ tempus in partes plane æquales, per periodos constanter iteratas distribuerit, partes istæ durationis, quæ non distinguuntur, aut saltem quæ non considerantur, tanquam distinctæ & mensuratæ per ejusmodi periodos, haud proprie adeo cadunt sub notionem temporis, ut liquido ex phrasibus hujusmodi patet, videlicet *ante tempus omne*, & cum *tempus esse desierit*.

§. XIX. Diurnas annuasque *solis conversiones*, utpote quæ ab initio, constantes, regulares & ab omni genere humano animadversæ fuere, quæque sibi invicem æquales esse supponuntur, (*) homines haud immerito *pro durationis mensura usurparunt*. Cum vero dierum & annorum distinctio pendeat e motu solis, hinc nata est falsa ista opinio, motum & durationem sibi invicem mensuras esse: homines enim in *temporis longitudine mensuranda*, minutorum, horarum

(*) *Supponuntur*, ex eo quia non sunt re vera æquales: in quodam anni tempore dies (ex uno ad alium solis transitum super eodem meridiano computando) major est, in altero minor. Hinc est, quod horologia, quæ juxta medium solare tempus diriguntur, cum tempore solari vero comparata, nunc celeriora, nunc tardiora videntur. Maxima acceleratio, quæ est 14.' 40", accidit circa 11. Februarii, maxima retardatio, quæ 16' 14" constat, est circa Kalendas Novembris (**). SOAVE.

(**) Hæc SOAVIS reflexio suggerit mihi in mentem quod olim legi in opusculo Domini *de Fontanelle* de mundorum pluralitate. Ibidem ait Auctor „ nos multoties credimus, horologium „ exacte non permeare, ex eo quia videmus ante vel post horam ab ipso designatam, solem occidere, & potest evenire, quod „ horologium a recta mensura in nihilo distet, & videatur distare ratione Solis, qui ad regulam non conficiat suum motum. „

rarum, dierum, mensium, annorum, &c. ideis assueti, de quibus, facta quadam temporis aut durationis mentione, se statim cogitasse perceperunt, quæ omnes temporis portiones mensuratæ erant per motus corporum cælestium, soliti erant tempus & motum inter se invicem confundere; aut putare saltem, ea necessario inter se connexa esse: cum tamen constans quædam & periodica apparentia, aut *idearum* alteratio in spatiis durationis, quæ videntur æquidistantia, si constans sit & ubique observari possit, æque inserviet ad temporis intervalla distinguenda, ac illa, quibus vulgo utimur. Supposito enim, quod sol, quem quidam ignem esse putarunt, ad eandem temporis distantiam accensus fuisset, qua nunc quotidie ad eundem meridianum revertitur, & deinde post duodecim horas aut circiter, rursus extingueretur, quodque annuæ conversionis spatio, sensibile lucis & caloris incrementum, & decrementum pariter cepisset; annon regulares istiusmodi apparentiæ omnibus, qui rem istam animadvertere possunt, æque sine ac cum motu prodessent ad durationis distantias mensurandas, si apparentiæ enim constantes forent, universaliter observabiles & in periodis æquidistantibus, si motu carerent, haud minus generi humano usui forent in tempore mensurando. (62).

§. XX.

(62) Non est, quod reliquis successionibus nequeat tempus metiri; tantum motu partito in periodis communiter mensuratur, quantum successio ab illo nobis excitata æqualis est, ac permeabilis, vel est saltem ejusmodi ante cæteras.

§. XX.

Non per motum, verum per periodicas apparentias.

AQuæ enim congelatio, aut germinatio plantæ, ubique terrarum ad periodos æquidiſtantes rediens uſui æque foret hominibus ad annos menſurandos, ac motus ſolis; proinde novimus, *Americanos* quoſdam ſolitos fuiſſe annos ſuos metiri per avium quarundam ad ſtata quædam tempora reditum, & ad alia diſceſſum. Febris enim paroxyſmus; famis aut ſitis ſenſus; odor aliquis, aut ſapor, aut alia quædam *idea* ad *periodos æquidiſtantes conſtanter rediens*, & ſe omnibus ubique obſervandam exhibens ſatis foret ad ſucceſſionis curſus metiendos, & diſtinguendas temporis diſtantias. Ita videmus cæcos natos tempus per annos recte numerare; quorum tamen converſiones per motus, quos nequaquam percipiunt, diſtinguere nequeunt. Atque rogo, utrum cæcus, qui vel per æſtatis calorem, & hyemis frigus; per verni floris odorem, aut frugum autumnalium ſaporem annos ſuos metiretur, non meliorem haberet temporis menſuram, quam Romani ante reformatum per *Julium Cæſarem calendarium*, aut plurimæ aliæ gentes, quarum anni, haud obſtante ſolis motu, quo ſe uti fingunt, valde ſunt irregulares? nec illud Chronologiæ parum difficultatis affert, quod accuratæ annorum longitudines, quibus multæ nationes uſæ ſunt, cognitu ſint difficiles; multum enim a ſe invicem, & a vero ſolis motu omnes diſcreparunt; atque ſi ſol a rerum creatione ad diluvium uſque motum ſuum conſtanter in æquatore peregiſſet, atque ita lumen & calorem ſuum diſtribuiſſet ad partes omnes terræ habitabilis, feciſſetque dierum omnium æqualem longitudinem, ſine annua ipſius ad tropicos va-

variatione, quemadmodum scriptor ingeniosus (*) nuper suppoluit; haud conceptu facile esse puto, quomodo (haud obstante solis motu) homines in mundo *antediluviano* a rerum initio tempus per annuos cursus, aut quasdam periodos metirentur, quibus nullæ erant notæ sensibiles, per quas facile distingui possent.

§. XXI.

Nullæ duæ partes durationis æquales esse certo possunt.

Dicet, fortasse, aliquis, sine motu regulari solis nimirum aut alterius rei alicujus, quomodo sciri posset, tales periodos fuisse æquales? ad illud respondeo, aliarum quarundam apparentiarum redeuntium æqualitatem eodem modo sciri posse, quo sciebant primitus, aut se scire putabant dierum æqualitatem, quod factum est, conjecturam de iis faciendo, per *idearum* seriem, quæ mediis intervallis per mentem humanam transierant, cumque idearum istarum ope, in diebus naturalibus inæqualitatem, nullam vero in artificialibus invenissent, inde putarunt dies artificiales sive νυχθήμερα æqualia fuisse, atque id sufficere arbitrati sunt, ut pro mensura iis uterentur; etiamsi postea examen accuratius in diurnis solis conversionibus inæqualitatem detexit, & nescimus, annon annus etiam inæqualis sit. Interim tamen hæ per suppositam suam & apparentem æqualitatem, æque usui sunt ad tempus metiendum, (etiamsi non ad durationis partes accurate mensuran-

(*) Intelligit sine dubio *Burnetium*, qui librum edidit inscriptum; *Telluris Theoria Sacra*; in quo ostendisse videtur, quid homo felicis ingenii, sed exiguo judicio præditus efficere possit.

randas) ac si, eas perfecte æquales esse, demonstrari posset. Caute itaque distinguendum est inter durationem ipsam, & mensuras, quibus utimur, ut longitudinem ejus dignoscamus. Duratio in se spectari debet, tanquam unum eundemque æqualem uniformemque cursum constanter retinens; illud vero de nulla mensurarum istius, quibus utimur, dici potest, nec certo scire possumus, assignatas illarum partes aut periodos duratione sibi invicem æquales esse; duæ enim successivæ longitudines durationis, utcunque mensuratæ, nunquam æquales esse, demonstrari possunt. Motus solis, quem mundus tam diu, adeoque confidenter pro perfecta durationis mensura usurpavit, in diversis suis partibus, prout superius retuli, inæqualis esse deprehensus est: atque etiamsi homines recentiores usi sint pendulo, utpote cujus magis æquabilis est & regularis, quam solis, vel (ut illud dicam (*), quod veritati maxime consentaneum est) terræ motus; si quis tamen interrogaretur, quomodo certo sciat, duas successivas penduli libras æquales esse? haud facile prorsus ita esse penitus sibi persuaderet: quoniam certi esse nequimus, motus istius causam, quæ nos latet, æquabilem semper operationem habituram; atque certo scimus, medium, in quo pendulum movetur, haud constanter idem esse, quorum alterutrius variatio, ejusmodi periodorum æqualitatem variare potest, & eo pacto exquisitæ istius mensuræ per motum certitudinem labefactare, perinde ac aliarum periodorum ceterarum quantumvis apparentiarum, durationis notione clara adhuc remanente, quamvis nullæ istius mensuræ nostræ accurate demonstrari queant. Quoniam igitur nullæ duæ successionis portiones simul consistere possunt, impossibi-

(*) Loquitur Auctor ex hypothesi *Copernicana*, quæ solem in centro hujus universi ponit & terram planetam facit.

sibile est, accuratam illarum æqualitatem ad amussim cognoscere. Nos pro mensura temporis, iis uti cogimur, quæ constanter successivas habent apparentias ad certas periodos, quæ videntur æquidistantes esse; *cujus apparentis æqualitatis non aliam habemus mensuram, nisi quam idearum nostrarum series* in memorias nostras recondidit, una cum aliis quibusdam rationibus probabilibus, quæ nobis de illarum æqualitate persuadeant.

§. XXII.

Tempus haud mensura motus est.

UNum mihi mirum videtur, quod, cum omnes *tempus* per motum magnorum & visibilum corporum universi mensurarent, illud tamen *mensura motus* esse non definiretur; cum perspicuum sit omnibus, qui de re ista vel minimum cogitant, ad motum mensurandum spatii considerationem haud minus necessariam esse, quam temporis; & qui paulo ulterius rem considerabunt, videbunt, rei motæ molem necessario etiam ab iis spectandam esse, quibus propositum est, motum ita mensurare, ut rectum de eo judicium ferre possint. Nec quidem motus ad durationem mensurandam aliter conducit, nisi quatenus sensibiles quædam *ideæ*, quarum inter periodos æquales esse intercapedines videntur, circulos suos orbesque constanter adminiculo ejus conficiunt. Si solis enim motus æque inæqualis esset, ac navis ventis inæqualibus actæ, nonnunquam valde tardus, alias valde inæqualiter celer, aut si constanter æqualiter celer haud tamen circularis, nec easdem efficeret apparentias, haudquaquam nobis magis usui foret ad tempus mensurandum, quam motus Cometæ, qui valde inæqualis esse videtur.

§. XXIII.

Minuta, horæ, anni, haud necessario mensuræ sunt durationis.

M*Inuta*, *horæ*, *dies*, & *anni ad tempus* sive durationem haud magis necessaria sunt, quam digiti, pedes, ulnæ, & milliaria, in materia quadam notata, ad extensionem. Etiamsi enim nos in hac mundi plaga usu illorum constanti, tanquam periodorum solis circuitu designatarum, aut istiusmodi periodorum partium notarum, talium longitudinum durationis *ideas* in animis nostris defiximus, quas temporis partibus omnibus applicamus, quarum consideraturi sumus longitudines, aliæ tamen mundi regiones esse possunt, in quibus æque minus mensuris hisce nostris, ac in *Japonia* digitis, pedibus, & nostris milliaribus, utuntur. Aliquid tamen hisce analogum esse necesse est. Sine quibusdam enim regularibus periodicis conversionibus haud possibile esset, ut nosmet mensuraremus, aut notam faceremus aliis durationis cujusdam longitudinem, etiamsi eodem tempore tantundem, quantum nunc, motus foret in universo, haud distributi tamen in periodos regulares, quæque æquidistantes esse videntur. Diversæ autem mensuræ, quæ circa temporis computum usurpari possunt, durationis notionem, quæ res mensuranda est, haud secus immutant, quam pedis aut cubiti diversæ mensuræ extensionis notionem in iis alterant, qui mensuris istis utuntur.

§. XXIV.

§. XXIV.

Nostra temporis mensura durationi applicari potest, antequam tempus extitit.

Mens cum semel talem mensuram temporis, qualis est annuus solis circuitus, nacta fuerit, potest mensuram istam durationi applicare, in qua ista mensura ipsa existebat, cum qua item, secundum existentiæ realitatem, nullum omnino commercium habebat: si quis enim diceret, Abrahamum natum fuisse anno 271 2. Julianæ periodi, æque intelligibile esset, ac si ab orbe condito ordiremur, etiamsi per quædam retro secula nec solis, nec alius ullus motus foret. Etsi enim periodus Juliana pluribus annorum centenis prius ortum habuisse supponatur, quam vel dies, vel noctes, aut anni quibusdam solis conversionibus revera destinarentur, tamen per computum illud haud minus recte durationes metimur, quam si revera sol tunc temporis extitisset, & eundem, quem nunc, motum ordinarium servasset. *Durationis idea annuæ solis revolutioni æqualis*, haud difficilius in cogitationibus nostris *durationi applicatur, ubi nullus erat sol, aut motus*, quam *ideæ* pedis, aut ulnæ, a corporibus hic desumpta, in cogitationibus nostris applicari potest distantiis, ultra mundi confinia, ubi corpora nulla reperienda sunt.

§. XXV. Supposito enim, corpus illud, quod hujus universi fines constituit, 5630. milliaribus aut millionibus milliarium hinc distare (cum finitum enim sit hoc universum ad certam locari distantiam necesse est) quemadmodum supponimus 5639. annosa corporis ullius existentia, in primo rerum ortu, ad hoc usque tempus præteriisse, *possumus* in cogitationibus nostris, *anni mensuram hanc durationi ante creationem*, aut ultra durationem corporum ac motus perinde applicare, ac possumus hanc mensuram milliaris spatio ultra

 ex-

extremos corporum omnium terminos & per alteram æque metiri durationem motus expertem, ac per alterum spatium corpore vacuum, in cogitationibus nostris mensurare.

§. XXVI. Si quis objecerit, me in hac methodo temporis explanandi petiisse illud, quod in quæstione est, videlicet mundum neque æternum esse, nec infinitum; respondeo ad præsens institutum, hic loci, haud necessarium esse argumentis uti, quæ mundum duratione & extensione finitum esse evincant: cùm vero rationi illud æque ad minimum consentaneum sit ac quidem contrarium, haud minus mihi liberum esse puto, hoc, quam aliis oppositum, supponere; & nullus dubito, quin *quilibet*, qui illud aggredietur, facile *motus*, *etiamsi non durationis omnis*, *initium* mente concipiat; atque ita in motus contemplatione ad ultimum terminum, sive *non ultra* tandem perveniat: ita in cogitationibus etiam, corpori, & extensioni corporeæ certos fines terminosque constituere possit, haudquaquam vero spatio, in quo nullum inest corpus; spatii enim & durationis fines ulterius extenduntur, quam ipsa cogitatio pertingere possit, prout extremi numerorum termini longe jacent ultra maximam animi capacitatem, idque eadem de ratione, prout alio in loco palam facturi sumus.

§. XXVII.

Æternitas.

EOdem itaque modo, & a fonte eodem, quo temporis *idea*, ea etiam, quam *æternitatem* vocamus, originem habuit; nimirum cum successionis & durationis *ideam* ex eo nacti simus, quod seriem animadvertamus *idearum* nostrarum, quas vel naturales idearum istarum apparentiæ, quæ nobis vigilan-

lantibus mentes perpetuo subeunt, aut objecta externa successive sensus afficientia in nobis excitarunt; cumque e solis conversione certarum durationis longitudinum ideas hauriamus, possumus in cogitatibus nostris, tales durationis longitudines, quoties libuerit, sibi invicem addere, easque sic additas, præteritis aut futuris durationibus applicare: hoc indesinenter fieri potest, & nobis integrum est, transilire terminos & limites omnes, *in infinitum* procedere, atque ita annui solis motus longitudinem durationi applicare, quæ ante solem, aut alium quemvis motum extitisse supponitur; neque hoc magis difficile est aut absurdum, quam notionem, quam habeo motus umbræ hodie per horam unam super solarium, durationi rei alicujus applicare, quæ hesterna nocte accidebat; v. g. Candelæ flammæ, intra illud tempus consumtæ: Hæc enim flamma nunc extincta, remota est ab omni actuali motu; & æque impossibile est, ut istius flammæ duratio, quæ per unam horam luxit nocte hesterna, cum ullo motu coexistat, qui nunc est, aut futurus est unquam; ac, ut pars aliqua durationis, quæ erat ante mundum conditum, cum motu præsenti solis coexistat. Hoc tamen non impedit, quo minus, cum *ideam* habeam longitudinis motus umbræ super solarium inter duarum horarum notas, distincte adeo candelæ istius hesterna nocte durationem in cogitationibus meis mensurare possim, ac durationem alterius cujusdam rei, quæ nunc existit: nec aliud ad hoc requiritur, quam putare, quod si sol tunc in solario effulsisset, & eodem, quo nunc motu cieretur, umbra in solario ab una linea horaria ad alteram eodem temporis spatio transiisset, quo candelæ flamma ista duravit.

§. XXVIII. Cum horæ, diei, aut anni notio nihil aliud sit, præter *ideam* istam longitudinis quorundam periodicorum motuum regularium, quorum nulli simul existunt, nisi in *ideis* tantum illorum, quas in

memoria habeo a sensibus aut actu reflexo acceptas, possum eadem facilitate, & ob causam eandem, eam in cogitationibus durationi applicare antecedenter ad motum omnem, qua rei cuidam, quæ vel minuto, aut die una motum antecedit, quo sol hoc ipso momento utitur. Præterea omnia pariter planeque quiescunt; & ad hanc considerationem quod spectat, ne hilum refert, utrum ante mundi creationem, an heri tantum exilterent; *durationis* enim cujusdam per motum aliquem *mensuratio*, haud omnino pendet e reali *coexistentia* rei istius cum motu isto, aut aliis quibusdam periodis conversionum, verum ex eo tantum, quod *claram* in animo *ideam* habeant *longitudinis* noti alicujus motus periodici, aut aliorum *durationis* intervallorum, quodque possim, eam isti, quam mensuraturus sum, rei applicare.

§. XXIX. Hinc videmus, nonnullos opinari, a prima mundi origine ad hunc annum præsentem 1689. annos 5639. esse præterlapsos, aut, quod idem sonat, durationem ejus 5639, annuas solis conversiones, & secundum alios, longe plures æquare; uti Ægyptii olim tempore *Alexandri Magni* annos 23000. a solis imperio numerarunt; & Chinenses nunc ab ævo condito 3, 269, 000, aut plures annos recensent; quam longiorem mundi durationem, secundum illorum computum, etiamsi veram esse haud facile crediderim, eam tamen perinde ac illi imaginari possum, & revera haud minus scio, unam altera longiorem esse, quam novi *Methuschelachum Chanocho* diutius vixisse: & si forte contingeret, ut vulgare computum, 5639. annorum verum esset (prout esse potest æque ac aliud quodvis) haud omnino obstat, quo minus illud concipiam, quod alii intelligunt, cum mundum 1000. annis computo isto antiquiorem faciant; quilibet enim haud difficilius concipere (non dico credere) potest, mundum

per

per 50000., quam 5639. annos duraſſe. Unde patet, *ad durationis rei cujuſdam menſurationem per tempus*, non requiri, ut res iſta cum motu, quo in menſurando utimur, aut alia quadam converſione periodica coexiſtat. Ad hanc vero rem ſatis eſt, *nos ideam habere longitudinis quarundam regularium apparentiarum periodicarum*, quas in animis poſſumus durationi applicare, cum qua motus aut apparentia nunquam coexiſtebat.

§. XXX. Quemadmodum enim in hiſtoria creationis a Moyſe tradita, mente concipere poſſum, lucem triduum ante ſolem, & motum ejus extitiſſe, cogitando tantum, lucis durationem tanto tempore ſolis creationem anteceſſiſſe, quantum (ſi modo eodem, quo nunc, ſol circuitus ſuos tunc peregiſſet) tribus iſtius diurnis converſionibus æquale foret. Per id genus *ideam* poſſum concipere, *chaos*, aut angelos minuto, hora, die, anno, aut 1000 annis prius fuiſſe creatos, quam vel lux, vel motus aliquis continuus exiſtebat. Si enim animo concipere poſſum *durationem* uni minuto æqualem, ante exiſtentiam aut motum ullius corporis, alia poſſum minuta addere, uſque dum ad 60. minuta perveniatur; ſimili additione minutorum, horarum, aut annorum (id eſt earum circuitus ſolaris partium, aut alterius cujuſdam periodi, quarum *ideam* habeo) nobis *in infinitum* progredi licet, & durationem ſupponere omnes, quæ numerari poſſunt, periodos excedentem, utcunque illis additio fiat, atque hanc puto *æternitatis* notionem eſſe, cujus infinitatis, non aliam, quam numeri infiniti notionem habemus, cui additio fieri in ſempiternum poteſt (63).

 §. XXXI.

(63) Diſpeſcitur a nonnullis duratio in *ſempiternitatem*, *æternitatem*, & *tempus* (*V. Genuen. Elem. met. p. prior. cap. VII. §. LXVIII.*

§. XXXI. Hinc manifeſtum eſſe puto, a duobus iſtis ſuperius nominatis omnis cogitationis fontibus, *reflexione* nimirum & *ſenſatione*, *nos ideas durationis* & menſuras ejus adipiſci.

Primo enim, ea animadvertendo, quæ in mente agitantur, quomodo nimirum e turba ingenti *idearum* noſtrarum quædam evaneſcant, alia apparere incipiant, ſucceſſionis ideam nanciſcimur.

Secundo, in ſucceſſionis hujus partibus intervallum obſervando, in durationis *ideam* incidimus.

Tertio, ſenſationis ope apparentias quaſdam animadvertentes, ad certas periodos regulares, quæque a ſe invicem æquidiſtantes eſſe videntur, *ideas* nanciſcimur creatarum longitudinum, *aut menſurarum durationis*, uti minutorum, horarum, dierum, annorum, &c.

Quarto, cum menſuras iſtas temporis, aut *ideas* certarum longitudinum durationis in animis noſtris, quoties libuerit, repetere poſſimus, fieri poteſt, ut tandem *durationem concipiamus*, *ubi revera nihil omnino exiſtit*; hoc modo diem craſtinam, annum proxime inſequentem, aut ſeptimum abhinc annum mente concipimus.

Quin-

§. *LXVIII. pag.* 57): *Sempiternitas* dicitur illa duratio entis, quod non habuit ſui exiſtendi initium, nec finem erit habiturum. *Æternitas* duratio entis, cujus exiſtentiæ fuit origo, at nullus erit finis. *Tempus* poſtea duratio illius entis, quod originem & finem habuit. Complures philoſophi credunt in æternitate nullam ſucceſſionem dari, ex eo quia conſiderant omnia æque deſtructa, aliter eſſet duratio & ſucceſſio cum rebus; per conſequens tempus, quod cum idea æternitatis pugnat. Verum quid obſtat, quod juxta auctorem concipiamus in infinitum unam aliæ ideæ ſuccedere? Ceteroquin Genuenſis ipſe in duratione duas conſiderat ſucceſſiones, *metaphyſicam*, & *phyſicam*. pro prima intelligit continuatam exiſtentiam, quæ metiri poteſt ſucceſſione perceptionum, vel ſucceſſione alicujus corporis motus; pro ſecunda ſtatum in re durante (*ib.*). Quid repugnat ergo metaphyſicam ſucceſſionem in æternitate conſiderare?

Quinto, cum nos penes sit, talem *ideam* cujusdam longitudinis temporis, uti minuti, anni, aut seculi, quoties libuerit, in cogitationibus nostris repetere, easque sibi invicem addere, ad talis additionis finem haud propius accedentes, quam ad numeri terminum, cui aliquid in sempiternum potest addi, *ideam* adipiscimur *æternitatis*, quæ non animarum solummodo nostrarum futuræ durationis, verum infiniti etiam entis illius propria est, quod sempiternum fuisse necesse est.

Sexto, partem aliquam considerando durationis infinitæ, prout mensuris periodicis designatur, rei istius *ideam* nanciscimur, quæ *tempus* in genere vocatur.

C A P. XV.

De Duratione & Expansione simul spectatis.

§. I.

Ambo magis & minus recipiunt.

Etsi prioribus capitibus haud parum temporis in duratione & spatio considerandis collocavimus; cum tamen *ideæ* istæ permagni sint momenti, & in natura sua aliquid abstrusi habeant & sibimet peculiare: eorum fortasse inter se comparatio ad pleniorem ipsorum illustrationem faciet; ea enim simul contemplantes, clariorem distinctioremque eorum intelligentiam videmur adepturi. Distantiam aut spatium in simplici abstracta sua significatione, ad confusionem evitandam, *Expansionem* voco, quo nomine ab *Extensione* distinguitur, quæ usurpatur a quibusdam

busdam ad distantiam hanc exprimendam, quatenus tantum in solidis materiæ partibus continetur, atque ita includit, aut quodammodo saltem denotat corporis *ideam*: puri vero spatii idea nihil ejusmodi includit. Vox *Expansio* eo etiam nomine magis mihi, quam *Spatium* arridet, quod spatium sæpe tribuatur distantiis partium, successive fluentium, quæ nunquam simul existunt, haud minus quam iis, quæ sunt permanentes. In utroque, *Expansione* nimirum & *Duratione*, mens habet communem hanc *ideam* continuæ longitudinis, quæ majorem, aut minorem quantitatem recipit: homo enim claram æque *ideam* habet discriminis longitudinis *horæ*, & *diei*, ac digiti & pedis.

§. II.

Expansio haud materia terminatur.

MEns, quamprimum *ideam* nacta est longitudinis partis alicujus *expansionis*, utpote *palmi*, *passus*, aut cujuscunque alterius, *ideam* istam, prout superius dictum est, iterare potest; eamque ita priori addendo, *ideam ejus longitudinis ampliare*, paremque facere duobus palmis, aut passibus, & crebra repetitione efficere, ut tandem partium quarundam telluris a se invicem, aut, quod majus est, solis, vel stellæ remotissimæ a nobis distantiam æquet. Per talem progressionem, ab eo, quem occupat, aut alio quovis loco, incipiens, pertransire potest omnes istas distantias, nihilque aut intra, vel extra corporum ambitum invenire, quod obstare posset, quo minus ulterius progrediatur. Fateor equidem, nos in cogitationibus nostris ad solidæ extensionis metam ultimam facile pervenire posse; cum vero ad extremum corporum omnium terminum pervenitur, mens nihil invenit, quod impedimento sit, ne excur-

currat in immensum illud expansum, cujus finem aliquem neque reperire, nec concipere quidem potest. Nec dicat aliquis, extra corporum terminos nihil omnino existere, nisi *Deum* intra materiae limites concludere velit. *Salomon*, cujus intellectus omnimodae sapientiae refertissimus erat, in alia videtur opinione esse, cum dicit (*) *caeli ipsi, & caeli caelorum non capiunt te*: atque ille, puto, ingenii sui vires nimis effert, qui sibimet persuadet, cogitationibus posse ulterius pertingere, quam Deus existit, aut expansum imaginari, in quo ille haud locum obtinet.

§. III.

Nec duratio motu.

HAud secus res se habet in duratione. *Mens quamprimum longitudinis cujusdam durationis ideam nanciscitur, potest eam duplicare, multiplicare, & ampliare*, non solum ultra suam, verum etiam ultra existentiam entium omnium corporeorum, atque ultra omnes temporis mensuras, quae a mundi corporibus magnis, & illorum motibus desumuntur. Facile autem quilibet concedet, nos, etiamsi durationem, prout revera est, termino carere dicimus, non posse tamen istam extra ens omne extendere. *Deus*, ex omnium confessione, aeternitatem replet; nec facile est rationem invenire, cur dubitaret quispiam, utrum ille immensitatem etiam repleat, nec ne: infinita illius essentia aeque uno modo interminata est, ac alio; & nimium mihi videntur materiae tribuere, qui dicunt, ubi corpus non est, ibi nihil esse.

§. IV.

(*) 1. *Reg. VIII.* 27.

§. IV.

Cur homines infinitam durationem facilius admittant, quam expansionem infinitam.

HInc, puto, ratio addiscenda est, cur omnes familiariter & sine hæsitatione de æternitate loquantur, eamque existere supponant, nec dubitent *durationi infinitatem tribuere*; cum, contra plurimi, non sine dubitatione spatii infinitatem supponant. Ratio ea videtur esse, quod cum duratio & extensio usurpentur tanquam nomina affectionum, quæ ad alia entia attinent, facile in *Deo* durationem infinitam concipimus, nec possumus eam non concipere: cum vero haud extensionem ipsi tribuamus, verum materiæ tantum, quæ finita est, magis dubii esse solemus de expansionis existentia absque materia, cujus unice eam vulgo attributum esse supponimus: cum igitur homines suas circa spatium cogitationes persequuntur, hærere solent in corporum confiniis tanquam spatium ibi esse desineret, nec porrigeretur ulterius; aut si post seriam rei considerationem ulterius ab *ideis* suis ferantur, tamen quod ultra universi limites positum est spatium imaginarium vocant; quasi nihil omnino sit, quoniam corpus nullum in eo existit. Cum contra durationem, omnia antecedentem corpora, & motus etiam, per quos mensuratur, nunquam imaginariam vocem, quoniam haud alterius alicujus existentiæ realis expers esse unquam supponitur. Et si forte rerum nomina cogitationes nostras dirigere possint ad humanarum *idearum* originem investigandam (prout ea plurimum posse arbitror) ex nomine *duratione* cogitare in proclive est, existentiæ continuationem, cum quadam resistentia contra omnem viam destructivam, & continuationem soliditatis (quæ confundi solet cum duritie, & si minutas materiæ partes atomicas spectemus, parum ab ea discre-

crepat) credita fuisse, aliquam inter se analogiam habere, & ansam dedisse nominibus, quæ affinia adeo sunt ac illa *durare* & *durum* esse; atque *durare* tam *ideæ* duritiei, quam existentiæ continuatæ convenire palam est, ex eo quod dicit Horatius (*): *ferro duravit secula*. Utcunque se habeat res ista, hoc certissimum est, quod si quis cogitationes suas persequi voluerit, videbit, eas aliquando vagari ultra metas corporum in spatii sive expansionis infinitatem; cujus *idea* a corpore & aliis rebus omnibus distincta est & separata: atque hoc (iis quibus id visum fuerit) ulteriori meditationi materiam suppeditabit.

§. V.

Tempus se habet ad durationem, ut locus ad expansionem.

TEmpus in genere ita se habet ad *durationem*, ut *locus* ad *expansionem*, tantum in se continent infinitorum istorum æternitatis immensitatisque oceanorum, quantum distributum est, & a reliquo, tanquam per limites secernitur; atque ita usurpantur ad finitorum entium realium situm denotandum, & illorum ad se invicem respectum in uniformibus istis infinitis oceanis durationis & spatii. Hæc rite spectata, nihil aliud sunt præter *ideas* distantiarum definitarum, a notis quibusdam punctis, quæ in distinguibilibus rebus sensibilibus signantur, & eandem a semet invicem distantiam servare supponuntur.

Ab hujusmodi punctis, quæ in entibus sensibilibus finguntur, numeramus, & ab iis portiones nostras infinitarum istarum qualitatum mensuramus; atque hæc, ita considerata, ea sunt, quæ *tempus* & *locum* vo-

(*) *Epod. XVI. v. 65.*

vocamus. Cum duratio enim & ſpatium in ſe uniformia ſint & interminata, ordo & ſitus rerum, ſine notis iſtiuſmodi punctis definitis, prorſus in iis amitterentur, atque omnia plane inter ſe permiſta forent & confuſa.

§. VI. *Tempus* & *locus*, hoc modo ſumpta pro determinatis portionibus diſtinguibilibus infinitarum iſtarum abyſſorum ſpatii & durationis, quæ ſeparari aut a reliquo per indicia & notos limites diſtingui ſupponuntur, ſingula duplicem habent ſignificationem.

Primo Tempus in genere denotat vulgo tantum infinitæ durationis, quantum menſuratur per exiſtentiam, & motus magnorum corporum univerſi, cum quibus coexiſtit, quatenus nimirum de iis aliquid novimus, & in hoc ſenſu tempus incipit & definit eſſe ſimul cum mole mundi hujus ſenſibilis, ut in phraſibus hiſce ſuperius memoratis: *ante tempora omnia*, *aut cum tempus eſſe deſierit*. *Locus* etiam ſumitur aliquando pro portione iſta ſpatii infiniti, quod poſſidetur a mundo materiali, & intra eum continetur; atque per illud diſtinguitur a reliqua expanſione, etiamſi illud verius dici poſſit *extenſio*, quam locus. Intra hæc duo continentur *Tempus* & *Locus*, ſi ſumantur in ſenſu jam expoſito; & per partes illorum notabiles, particulare tempus ſive duratio; & extenſio particularis & locus omnium entium corporeorum menſurantur & determinantur.

§. VII.

§. VII.

Aliquando tantum, quantum alterutrius per mensuras designamus, quae ex mole aut motu corporum desumuntur.

SEcundo, vox *tempus* sumitur aliquando in latiori sensu: & applicatur partibus infinitae istius durationis, non quae revera separatae erant & mensuratae, per realem hanc existentiam, & corporum motus periodicos, qui designati erant a rerum initio (*), ut essent signa, quibus annos, anni quatuor tempora & dies observaremus; & proinde nostrae sunt temporis mensurae; verum aliis etiam portionibus infinitae istius durationis & uniformis, quas nos oblata occasione, certis longitudinibus temporis mensurati aequales esse, supponimus; & proinde consideramus tanquam certos intra terminos conclusas. Si supponeremus enim, creationem, aut lapsum angelorum accidisse in initio periodi Julianae, propria esset locutio & facilis intellectu; si diceremus, angelorum lapsum mundi creatione 764. annis priorem fuisse: ea enim locutio tantum designaret confusae istius & indistinctae durationis, quantum aequale esse supponimus 764. annuis solis conversionibus, quas lapsus fore confitemur, si sol eundem, quem nunc, cursum tum servasset. Hoc modo etiam aliquando loquimur de loco, distantia aut mole in inani immenso ultra mundi confinia, cum tantum spatii istius consideramus, quantum aequat aut recipere potest corpus mensurae cujusdam assignatae, ut pedis cubici; aut punctum in eo supponimus, ad certam distantiam a parte aliqua universi.

§. VIII.

(*) Gen. I. 14.

§.VIII.

Tempus & Locus ad omnia entia finita spectant.

UBi & *Quando* quæstiones sunt ad omnes existentias finitas spectantes, & eas semper ducimus a notis aliquibus partibus mundi hujus sensibilis, & a certis quibusdam Epochis, quas motus, qui servantur in eo, nobis designarunt. Sine fixis aliquibus istiusmodi partibus aut periodis, finiti nostri intellectus rerum ordinem amitterent, in immensis istis, quorum nulla est ora, nulla extremitas, durationis & expansionis oceanis; quæ in se continent omnia entia finita; & in plena latitudine sua ad Deum tantummodo pertinent; haud mirum itaque videri debet, ea non comprehendi a nobis, verum cogitationes nostras sæpe in errore plane versari, quando velimus ea considerare, aut abstracte in semetipsis, aut quatenus enti primo incomprehensibili aliquo modo tribuuntur. Cum entibus quibusdam finitis applicantur, corporis cujusdam extensio tantum est infiniti istius spatii, quantum moles corporis istius occupat. Et locus est portio corporis cujusdam, cum illud consideratur, ad certam ab alio distantiam, positum. Ut *idea durationis* particularis rei cujusdam, est *idea* portionis istius infinitæ *durationis*, quæ, durante rei istius existentia, præterit; ita tempus, in quo res existit, *idea* est istius spatii durationis, quod inter notam aliquam fixamque durationis periodum, & rei istius existentiam præteriit. Alterum ostendit distantiam extremitatum molis, aut existentiam ejusdem rei, quod nimirum pedem quadratum continet, aut per duos annos duravit; alterum distantiam ejus, quod locum ostendit, aut existentiam ejus ab aliis fixis punctis spatii aut durationis; quod nimirum erat in mediis *hospitii Lincolniensis* campis, aut in primo gradu *Tauri*, atque anno Domini 1691. aut anno 1000., *Julianæ* periodi: quas omnes distantias mensuramus per præconceptas *ideas* certarum longitu-

tudinum ſpatii & durationis , uti digitorum, pedum, milliarium, & graduum, & in alio minutorum, dierum , annorum , &c.

§. IX.

Omnes partes extenſionis ſunt extenſio ; & durationis duratio .

ALiud eſt, in quo ſpatium magnam cum duratione cognationem habet, quod nimirum , etiamſi jure optimo inter ſimplices noſtras *ideas* numerentur , nullæ tamen e ſimplicibus alterutrius *ideis* , quas habemus , omni prorſus compoſitione careant ; utriuſque natura eſt (*) , e partibus conſta-

(*) Lockio fuit objectatum , ſi ſpatium eſt partibus conflatum, ut ille hic vidit , neſciret inter ideas ſimplices illud collocare, vel deberet quod ſuperius expoſuit refellere, *una ex idearum ſimplicium proprietatibus , eſt eſſe omni compoſitione orbatum , & animæ non producere quam conceptionem „ omnino uniformem , quæ nequit in differentes ideas diſpeſci* . Additur per tranſennam , quod deprehenditur, ex eo quia nullam definitionem dedit Lockius, quæ præciſa dicatur *Cap. II. lib. II.* ubi de ideis ſimplicibus verba facit . Dominus Barbeyrac impræſentiarum juris Profeſſor in *Groningue* fuit, qui mihi has participavit objectiones in epiſtola, quam Lockio oſtendi , & en Lockii reſponſum . „ Pour commencer par la dernier objection Monſieur Locke declare d'abord, qu' il n' a pas traité ſon ſujet dans un ordre parfaitement ſcholaſtique, n' ayant pas eu beaucoups de familiarité avec ces ſortes de livres lorſqu' il a écrit le ſien , où plutôt ne ſe ſouvenant guere plus alors de la methode, qu'on y obſerve, & qu' ainſi ſes lecteurs ne doivent pas s' attendte à des definitions regulierement placés à la tete de chaque nouveau ſujet . Il s' eſt contenté d' employer ſes principaux termes, ſur les quels il raiſonne de telle ſorte que d' une maniere ou d' autre il faſſe comprendre nettement à ſes lecteurs ce qu' il entende par ces tempſ-lá . Et en particulier à l' égard du terme d' *Idée ſimple* , il a eu le bonheur de le définir dans l' endroit de la *p.* 174. *ſ.* 1. (**) cité dans l' objection; & par conſequent il n' aura pas beſoin de ſupplér à ce defaut . La queſtion ſe reduit donc a ſavoir ſi l' idée d'*extenſion* peut s' accorder avec cette definition qui lui conviendra effectivement, ſi elle eſt entendue dans le ſens que Monſieur Locke a eu principalement devant les yeux .

(**) *Hic reſpondet pag. 294. tom. 1.*

re (64); partes tamen illorum, cum omnes sint generis ejusdem & alterius cujusdam *ideæ* mixtura care-

yeux, Or la composition qu'il a eu proprement dessein d'exclure dans cette definition, c'est une composition de differentes idées dans l'esprit, & non une composition d'idées de même espece en definissant une chose, dont l'essence consiste à avoir des parties de même espece, & ou l'on ne peut venir a un derniere entierement exempt de cette composition; de sorte que si l'idée d'*étendue* consiste à avoir *partes extra partes*, comme on parle dans les écoles, c'est toujours, au sens de Monsieur Locke, une idée simple, parce que l'idée d'avoir *partes extra partes* ne peut etre resolue en deux autres idées. Du reste l'objection qu'on fait à Monsieur Locke à propos de la nature de l'etendue, ne lui avoit pas entierement échappé, comme on peut le voir dans le §. 6, de ce chapitre, ou il dit que la moindre portion d'*espace* ou d'*étendue* dont nous ayons une idée claire & distincte, est la plus propre a être regardée comme l'idée simple de cette espece, dont les modes complexes de cette espece sont composés: & à son avis, on peut fort bien l'appeller *une idée simple*, puisque c'est la peu petit idée de l'espace, que l'esprit se puisse former a lui-meme, & qu'il ne peut par consequent la diviser en deux plus petites. D'ou il s'ensuit qu'elle est à l'esprit une idée simple: ce qui suffit dans cette occasion. Car l'affaire de Monsieur Locke n'est pas de discouvrir en cette endroit de la realité des choses, mais des idées de l'esprit. Et si cela ne suffit pas pour éclaircir la difficulté, Monsieur Locke n'a plus rien à ajouter, si non que si l'idée d'*etendue* est si singuliere qu'elle ne puisse s'accorder exactement avec la definition, qu'il à donnée des *idées simples*, de sorte qu'elle differe en quelque maniere de toutes les autres de cette espece, il croit qu'il vaut mieux la laisser là exposée a cette difficulté, que de faite une nouvelle division en sa faveur. C'est assez pour Monsieur Locke qu'on puisse comprendre sa pensée. Il n'est que trop ordinaire de voir des discours tres-intelligibles, gâtés par trop de delicatesse sur ces pointilleries, Nous devons assortir les choses le mieux que nous pouvons, *doctrinæ causa*; mais apiés tout, il se trouvera toujours quantité de choses qui ne pourron pas s'ajuster exactement avec nos conceptions, & nos façons de parler „. COSTE.

(64) Quibus partibus? ubinam impenetrabilitas? Hæc est corpo-

reant, haud obstant, quo minus inter *ideas* simplices locum obtineant. Si mens, prout in numero facit, posset ad minutam partem extensionis aut durationis pervenire, quæ divisibilitatem excluderet, ea foret quasi indivisibilis unitas, aut *idea*; cujus e crebra repetitione amplificatæ illæ extensionis & durationis *ideæ* ejus conflarentur. Cum vero mens nequeat *ideam* effingere cujusdam spatii, sine partibus (65), ejus loco communibus utitur mensuris, quæ per usum familiarem, in singulis regionibus, semet in memoriam impresserunt (cujusmodi sunt digiti, pedes, cubiti & parasangæ; atque ita momenta, minuta, horæ, dies, & anni, in duratione:) mens, inquam, hujusmodi utitur *ideis*, tanquam simplicibus, ad ideas multo ampliores componendas, quas animus, oblata occasione, talium longitudinum additione efficit, quales ipsi cognitæ sunt. E contrario minima mensura, quam utriusvis communiter habemus, quæque tanquam unitas spectatur in numeris, animus tunc utitur, quando per divisionem eas in minores fractiones reducere cupit. Etiamsi utrinque, tam in divisione quam additione, aut spatii aut durationis, quando *idea*, quæ consideratur, in grandem valde molem ampliatur, aut in valde minutam redigitur, moles istius accurata obscura fit & confusa, & solus est numerus iteratarum additionum, aut divisionum, cujus *idea* clara est & distincta, quod cuivis statim erit perspicuum, qui sciverit cogitationes suas per immensam spatii expansionem, aut materiæ divisibilitatem vagari. Omnis duratio-

 nis

poris qualitas. Ubi desit, compenetratio oritur. Tantum magna phantasiæ vi possumus concipere durationem, & extensionem materiæ expertem. Statim ac dico partes, mihi repræsento peculiares impenetrabilesque superficies, alioquin compenetrarentur, nec partes concipio.

(65) Ex eo quia nescit effingere spatium vel durationem.

nis pars duratio etiam est ; & omnis pars extensionis est extensio , quarum utraque additionis aut divisionis capax est *in infinitum* . Minimæ tamen portiones illarum utriusvis , quarum claras & distinctas *ideas* habemus , maxime fortasse sunt idoneæ , quæ cadant sub considerationem nostram, tanquam id genus ideæ simplices , & quibus *modi* nostri *complexi* spatii , extensionis , & durationis componuntur , & in quas distincte iterum resolvi possunt . Minuta istiusmodi durationis pars , *momentum* dici potest , & unius *ideæ* moram in animis nostris , juxta seriem ordinariæ successionis , complectitur . Alteram , cum proprio nomine careat , nescio , an *punctum sensibile* vocare fas sit, per punctum illud minimam quæ percipi potest materiæ aut spatii particulam intelligo , quod ordinarie circiter unum minutum est, vel oculis perspicacissimis raro minus triginta circuli secundis , quorum oculus est centrum .

§. X.

Partes illarum sunt inseparabiles .

EXpansio & duratio ulterius in hoc conveniunt , quod, quamvis ambæ a nobis considerentur tanquam partes habentes ; *partes* tamen illarum haud a se invicem , ne cogitatione quidem , *separabiles* sint : etiamsi corporum partes , a quibus mensura unius sumitur ; & partes motus , aut potius successionis *idearum* in animis nostris , unde mensuram alterius desumimus, distrahi possint & a se invicem separari ; prout alterum sæpe fit per quietem , & alterum per somnum, quem quietem etiam vocamus (66) .

§. XI.

(66) Indivisibile etiam cum cogitatione , & habere partes , idem censeo , ac dicere esse coloratum , & illud radios refrangere ,

§. XI.

Duratio est tanquam linea, expansio tanquam res solida.

HOc tamen inter Spatium & Durationem manifestum discrimen reperitur, quod ideæ longitudinis, quam in expansione habemus, *quaquaversum tendant*, atque ita figuram, latitudinem, & crassitiem efficiant; duratio vero quasi longitudo tantum est unius lineæ rectæ, in infinitum extensæ, quæ non capax est multiplicitatis, variationis, aut figuræ; verum existentiæ omnis quantæcunque mensura una communis est, cujus res omnes dum existunt, æqualiter participes sunt. Præsens enim momentum hoc rerum omnium, quæ nunc existunt, commune est, & partem istam illarum existentiæ æque complecti-

 tur,

---

re, at reflectere, haud concipi posse. Nos convenimus cum Lockio, successionis ideam adipisci idea successionis perceptionum, & non sequitur quod mihi animo repræsentando intervallum, quod est inter unam & aliam ideam, vel melius inter unam & aliam successionem, partes ei concipiam, si a rebus perceptis vel repræsentatis omnino independenter considerem. Actus mentis in percipiendo unus totus, indivisibilis est, ut infra videbitur, quapropter unus cum altero compenetraretur, &, si haud hic mihi caput volitet, nulla extensio, nulla pars posset in eo concipi. At quemadmodum nos in cogitando res extra nos positas semper contemplamur, vel ab his ad quasdam earum affectiones progredimur, & eas comparamus, omnes enim quot quot sint nostræ ideæ, per sensus nanciscimur, ita ab una ad aliam rei partem, quibus affectio adhæret, in contemplatione, vel repræsentatione progredientes successionis ideam acquirimus. Videtis ergo, in spatio ac duratione indivisibilitatem, ut Lockius inquit, nequire concipi. Et quo sensu extensionem ab eo consideratam debemus hic nobis animo repræsentare, quidquid dicant ceteri, & credant ipsi demonstrare; immo audeo contra Lockium dicere, sensu a nobis explanato nos divisibilitatem posse concipere non secus ac extensionem. Quid hoc sit, supervacaneum puto, nos ulterius hic immorari:

tur, ac si omnes unum tantummodo ens simplex (67) essent; & vere dici potest, omnes in eodem temporis momento existere. Utrum in angelis & spiritibus aliquid sit huic expansioni analogum, res est, quæ haud in nostram intelligentiam cadit: & fortasse nobis, qui intelligentias habemus ad nostri conservationem, & vitæ usus, non ad aliorum vero entium realitatem & amplitudinem accommodatas, adeo propemodum est difficile, quandam concipere existentiam, aut ideam habere entis alicujus realis, cum plana negatione omnimodæ expansionis; ac est, ideam habere cujusdam realis existentiæ, simul cum perfecta negatione omnis durationis: quid itaque spiritus commune habeant aut analogum spatio, nos penitus latet. Hoc tantummodo scimus, corpora singula possidere proprias suas portiones ejus, juxta partium solidarum extensionem, atque ita dum remanent ibi, alia excludere corpora a communione particularis istius portionis spatii.

§. XII.


(67) Dominus *Coste* sic vertit „ Car ce moment-ci est commun à toutes les choses qui existent présentement, & renferment également cette partie de leur existence, tout de même „ que si toutes ces choses n' étoient, qu' un seul etre „ Per consequens non *tantummodo ens simplex*, ut ait *THIELE*, sed unum ens. Pro ente simplici aliquid aliud intelligitur, quam ens unum, ut cogitantibus patet.

§. XII.

In duratione nullæ duæ partes, in expansione omnes simul existunt.

DUratio, & tempus, quod ejus pars est, idea est, quam habemus *distantiæ intereuntis*, cujus nullæ partes duæ simul existunt, verum aliæ alias successive sequuntur; ut expansio idea est distantiæ permanentis, cujus partes omnes simul existunt, nec capaces sunt successionis. Quamvis itaque nequeamus concipere durationem absque successione, nec animo & cogitatione comprehendere., ens aliquod in præsenti *Cras* coexistere, aut plus possidere, quam durationis præsens momentum; concipere tamen possumus omnipotentis durationem æternam ab hominis aut alterius cujusdam entis finiti longe diversam. Quoniam homo haud in cognitione aut potentia sua complectitur res omnes præteritas & futuras: cogitationes ejus non sunt, ut ita dicam, hesternæ, & nescit, quid futurum sit cras. Quod præteritum est revocare nequit, nec quod futurum est, potest præsens sistere. Quod de homine idem de entibus omnibus finitis dico, quæ, etiamsi hominem in cognitione & potentia longe superent, si ad Deum comparentur, instar sunt creaturarum vilissimarum. Finitum, cujuscunque sit magnitudinis, nullam cum infinito proportionem habet; cum Dei durationem infinitam intelligentia & potentia infinita comitentur, præterita omnia & futura cernit; a cognitione ejus haud magis distant, & a conspectu ejus haud longius removentur, quam illud, quod præsens; omnia sub ejus intuitu jacent: nihilque est, quod non facere possit, quocunque velit momento, existere. Cum omnium enim existentia pendeat ab arbitrio ejus, omnia, quandocunque velit, existere necesse est. Ut omnia concludam, expansio & duratio se mutuo com-

complectuntur, & comprehendunt, omnis enim spatii pars est in omni parte durationis; & omnis pars durationis in omni parte expansionis. Talis duarum *idearum* distinctarum complexio, vix, puto, reperiri potest in omni ista varietate ingenti, quæ, vel a nobis actu concipitur, aut concipi potest; quapropter ulterioribus contemplationibus materiam suppeditabit (68).



CAP.

(68) Nequeo concipere expansionem, duratione neglecta, neque durationem, neglecta successione. Quid in expansione percipio? Id quod sensus suppeditant a materia purgatum. Ut mihi hoc efformem, quid efficio? Unam entis partem repræsentando, illius extensionem in animo mihi sisto, & expansionem concipio, ergo ideam expansionis adipiscor cum duratione entis. Dum dico aliquid durare, quid credam dicere? Si haud animi fallor, ex mera possibilitate sumendo complementum est aliquid ad actum deductum (129 t. 1.). Quapropter concipere debeo duos actus diversos *meræ possibilitatis* scilicet, & *complementi possibilitatis*, quorum primus alterum sequitur: per consequens nequeo durationem concipere, neglecta successione. Hinc videtis rationem, cur dicat Lockius, *omnis spatii pars est in omni parte durationis; & omnis pars durationis in omni parte expansionis.* De reliquis infra.

C A P. XVI.

De Numero.

§. I.

Numerus est simplicissima & maxime universalis idea.

Ex omnibus ideis, quas habemus, ut nulla menti alio modo suggeritur (69), ita nulla magis est simplex, quam *unitas*, sive unum (70); omnis idea in intellectu, cogitatio unaquæque in animo, ideam hanc secum affert (71): cogitationibus itaque nostris intima est, prout secundum convenientiam cum aliis rebus, *idearum*, quas habemus, maxime universalis est. Numerus enim tribuitur hominibus, angelis, actionibus, cogitationibus, & rebus omnibus, quæ vel existunt, vel concipi possunt (72).

§. II.

(69) Sic Dominus *COSTE* „ Comme parmi toutes les idées „ que nous avons, il n'y en a aucune qui nous soit suggerée „ par plus de voyes che celle de *l'unité*, aussi &c Consequen- „ ter „ quemadmodum nulla alia per tam plura media, vel per *plures vias* menti suggeritur, ita &c.

(70) Pariter hic *COSTE* „ Il n'y en a, dis-je, aucune ap- „ parence de variété, ou de composition dans cette idée; & „ elle se trouve jointe a chaque objet, qui frappe nos sens, a „ chaque idée, qui se presente a notre entendement, & a chaque pensée de notre esprit. C'est purquoi &c Hoc est Non est hic ulla varietatis species, seu compositionis in hac idea; & cum omni objecto ea adjuncta invenitur, quod sensus nostros movet, omni ideæ, quæ &c.

(71) *V. adn.* 131. *tom.* 1.

(72) *V. adn.* 128. *tom.* 1.

§. II.

Modi ejus per additionem fiunt.

IDeam hanc in mentibus nostris repetendo, & repetitiones conjungendo, *modorum* ejus *complexas ideas* nanciscimur. Hoc modo unum uni addendo, complexam habemus *ideam* duorum; duodecim unitates conjungendo, numeri duodenarii *ideam* complexam adipiscimur; atque ita viginti, millionis, aut alterius cujusvis numeri.

§. III.

Singuli modi distincti sunt.

MOdi *simplices numeri sunt ex aliis omnibus maxime distincti*; quævis enim vel minima variatio, quæ unitas est, unamquamque combinationem ab ea, quæ proxime accedit, tam diversam efficit, quam quæ est remotissima; duo enim non minus distincta sunt ab uno, quam ducenta; & *idea* duorum æque distincta est ab *idea* trium, ac totius terræ moles est, ab acari magnitudine. Non ita se res habet in aliis modis simplicibus, in quibus haud adeo facile est, imo fortasse haud possibile nobis, inter duas *ideas* appropinquantes distinguere, quæ tamen realiter differunt. Quis enim illud sibi sumserit, se palam facturum discrimen inter hujus chartæ albedinem, & eam, quæ gradus proximi est: quisve potest, *ideas* formare distinctas uniuscujusque minimi excessus in extensione?

§. IV

§. IV.

Ergo demonstratio in numeris maxime præcisa est.

PErspicuitas & *distinctio singulorum modorum numeri* ab omnibus aliis, imo ab iis, qui proxime accedunt, faciunt, ut existimem, demonstrationes in numeris, si non magis evidentes sint & accuratæ, quam in extensione (*), tamen in usu suo generaliores esse, & magis determinatas in applicatione. Quoniam numerorum *ideæ* magis præcisæ sunt, & distinguibiles, quam in extensione; ubi omnis æqualitas & excessus haud facile adeò observatur, aut mensuratur; quoniam cogitationes nostræ nequeunt in spatio, prout in unitate fit, ad determinatam aliquam parvitatem pervenire, qua non datur minor; quantitas itaque, sive proportio minimi cujusdam excessus nequit inveniri, res vero aliter se habet in numero, hic enim, ut superius dictum est, 91 haud minus distingui potest a 90, quam a 9000, etiamsi 91 proxime & immediate excedit 90. Haud ita se res habet in extensione, ubi, quod justo pede, aut digito majus est, a mensura pedis, aut digiti haud distingui potest; & in lineis, quæ videntur æqualis esse longitudinis, potest una partibus innumerabilibus altera longior esse: nec potest quispiam angulum assignare, qui post angulum rectum proxime maximus sit.

§. V.

(*) Ratio est, ex eo quia numeri irrationales adinveniuntur, e quibus nequimus radicem veram extrahere, ut 5 : 7 : 21 : 35 &c.

§. V.

Ad numeros nomina sunt necessaria.

REpetentes, ut dixi, unitatis *ideam*, eamque alteri jungentes, unam efficimus collectivam *ideam*, quæ per nomen *duo* designatur. Hoc quicunque potest agere, & ulterius progredi, addita unitate alia ad ultimam, quam habuit, numeri cujusvis ideam collectivam, eique nomen imponere, is numerare potest, aut *ideas* diversarum collectionum unitatum a se invicem distinctas tamdiu habere, dum seriem habet nominum pro numeris sequentibus, & memoriam ad seriem istâm una cum variis nominibus retinendam. Etenim numerare nihil aliud est, quam unam amplius unitatem addere, & omnibus simul sumptis, quatenus sub una idea continentur, novum aut distinctum nomen sive signum tribuere, per quod dignoscatur ab antecedentibus & consequentibus, & ab omni minore aut majore unitatum multitudine distinguatur: adeo, ut qui unum uni addere, dein duobus, atque ita numerando pergere, usurpatis semper nominibus distinctis ad unamquamque progressionem pertinentibus; deinde pedem retro ferre, &, unitatem a singulis collectionibus subtrahendo, eas minuere potest, is capax est omnium *idearum* numerorum, quæ linguæ suæ vernaculæ ambitu continentur, & pro quibus idonea suppetunt nomina, etiamsi haud, fortasse, plurium. Cum enim diversi numerorum modi simplices nihil aliud sint in animis nostris, præter tot unitatum complexiones, quibus nulla inest varietas, neque capaces sunt alterius ullius differentiæ, nisi majoris & minoris, nomina aut signa unicuique distinctæ complexioni magis necessaria esse videntur, quam in alio quodam genere *idearum*. Sine ejusmodi enim nominibus aut notis, vix, in computando, numeris uti possumus, præsertim ubi

ubi complexio e magna unitatum collectione constatur, quæ si conjungantur sine nomine aut nota, ad præcisam illam collectionem distinguendam, vix fieri potest, quin tanquam in cumulo perturbatæ inter se & confusæ sint.

§. VI.

Alteratio qua necessitas hæc determinetur.

HÆc, credo, ratio est, cur quidam Americani, quibuscum sermonem habui (qui alioquin viri erant acri satis ingenio) haud numerando ad 1000 pervenire poterant, nec distinctam aliquam habebant numeri istius *ideam*, etiamsi viginti unitatum summam facile colligere poterant; in illorum enim sermone, qui valde erat sterilis, & ad pauciffima ista accommodatus, quæ necessaria sunt ad cultum victumque simplicem vitæ misellæ, ab omni commercio, & mathematicis disciplinis alienæ, nullæ repertæ erant voces, quæ pro 1000 substituerentur, adeo, ut cum de majoribus istis numeris loquerentur, moris erat illis ostendere capillos, ad multitudinem exprimendam majorem, quam numerare poterant; quam impotentiam e nominum defectu ortum habuisse puto. Auctor quidam (*), in itinere ad *Toupinambos* delatus, de illis hominibus commemorat, nulla habere nomina ad numeros signandos, qui ultra quinque essent; ulteriores omnes numeros exprimere suos ipsorum, & aliorum, qui adessent, digitos demonstrando (73). Ego quidem nullus dubito, quin nos in

(*) Intelligitur *Jean de Lery*, Histoire d'un Voyage fait en la Terre du Bresil, Cap. XX. p. 307/183

(73) Quo ad Anglicos attendere oportet, quod Galli internosce-

in promptu expeditoque haberemus ulterius, quam vulgo solemus, distincte in verbis numerare, si idonea excogitaremus nomina, ad numeros designandos; cum in methodo, qua nunc utimur eos exprimendi, per milliones millionum, millionum &c. difficile est octodecim, ad summum viginti quatuor decimales progressiones sine confusione excedere: ut vero ostendamus, quantum *nomina distincta ad bene numerandum conducant*, aut ad utiles numerorum *ideas* adipiscendas; omnes has sequentes figuras in linea una continuata, tanquam numeri unius notas ponamus, v. gr.

Noniliones,	octiliones,	septiliones,	sextiliones,	quintiliones,
857324,	162486,	345896,	437916,	423147,
quatriliones,	triliones,	biliones,	milliones,	unitates. (*)
248106,	235421,	26734,	368149,	263137.

Numerus hic recensetur juxta vulgare idioma per repetitionem millionum, millionum, millionum, millionum,

scebant vocabula *bilionum*, *trilionum*, *quatrilionum &c.* Invenitur in Opere *Nouvelle Methode Latine*, cujus prima Editio fuit illa 1655., vocabulum *bilionum*, in Tractatu, cui titulus *Observations particulieres*, in capite. 2. Des *nombres Romains*. Et Pater *Lamy* in tractatu *de la Grandeur* inseruit vocabula *bilionum*, *trilionum*, *quatrilionum*, quem edidit antequam hoc Opus edidisset Lockius. *Lors qui'il y a plusieurs chifres sur une même ligne*, ipse Lamy ait, *pour éviter la confusion, on les coupe de trois en trois par tranches, ou seulement on laisse un petit espace vuide: & chaque TRANCHE AU CHAQUE TERNER a SON NOM. LE PREMIER TERNER s' appelle unité; le seconde mille; le troisieme millions; le quatrieme, milliards, OU BILIONS; le cinquieme trilions; le sixieme, quatrilions. — Quand on passe les quintilions*, (ille inquit) *cela s' appelle sextilions, septilions, ainsi de suite. Ce sont des mots que l' on invente, parce qu' on n' en a point d' autres.* Nec per hoc intelligit sibi inventionem tribuere, longe prius invenire, ut probavi. *COSTE*.

(*) Hi numeri recta & perpetua collocari debebant linea, sed per angustum chartæ spatium non licuit.

num, millionum, millionum, millionum, millionum (quæ denominatio est sex figurarum). Hoc modo, difficillimum erit numeri hujus notiones quasvis distinctas habere. Utrum vero singulis sex figuris novam & ordinatam denominationem tribuendo, hæ, & fortasse longe plures figuræ, in ulteriori progressione, non facile distincte numerari, & ideæ illarum non solum nobismet promptius acquiri, verum aliis etiam clarius exprimi possent, penes alios judicium esse velim. Hæc ideo tantum memoro, ut ostendam, quam necessaria sint nomina distincta ad numerationem, nova autem introducendi haud munus in me suscipio.

§. VII.

Cur puerуli haud maturius numerent.

HOc modo pueruli, vel quia nominibus carent ad varias numerorum progressiones notandas, vel quia nondum facultatem habent separatas *ideas* in complexas colligendi, easque disponendi in ordinem, atque ita in memoria conservandi, prout ad numerationem necessario requiritur, haud in tenella ætate numerare incipiunt, nec magnos aut valde constantes in eo progressus faciunt; donec post tempus diutinum aliarum *idearum* copiam ingentem nacti fuerint; & sæpius animadvertere licet, eos aliquo modo ratiocinari, & plurimarum rerum aliarum prius claros habere conceptus, quam viginti numerare possint. Et quidam homines propter memoriæ defectum qui non possunt retinere numerorum varias combinationes, una cum nominibus eorum debito ordine collocatis, nec non ingentis adeo progressionum numeralium multitudinis a se invicem dependentiam, & illarum mutuam relationem; nequeunt per vitæ totius curriculum numerare, aut mediocrem aliquam numerorum seriem regulariter percensere; qui enim vi-

viginti numerare, aut aliquam numeri istius *ideam* habere velit, necesse est eum scire, non solum novendecim præcessisse, verum distinctum etiam nomen sive signum uniuscujusque, prout ordine suo notantur: ubicunque enim hoc deficit, hiatus intervenit, solvitur catena, nec numerando ulterius proceditur. Adeo ut *ad recte numerandum* requiratur, 1. Ut mens caute duas distinguat *ideas*, quæ per unius tantum unitatis additionem aut subtractionem inter se discrepant. 2. Ut in memoria conservet nomina sive notas diversarum complexionum, ab unitate usque ad numerum istum; idque non confuse, verum ipsissimo ordine isto, quo numerus alter alterum excipit; horum in alterutro si vacillet aut claudicet, numerandi negotium statim turbabitur, confusa multitudinis *idea* tantum remanebit, quæ vero ad distinctam numerationem necessario requiruntur, non obtinebuntur ideæ.

§. VIII.

Numerus omnia mensurabilia metitur.

CIrca *numerum* ulterius observari potest, eum esse, quo mens utitur *in mensurandis omnibus*, quæ a nobis mensurari possunt, quæ præcipue sunt *expansio* & *duratio*; atque nostra infinitatis *idea*, cum hisce tribuitur, nihil aliud esse videtur, præter numeri infinitatem. Quid aliud enim sunt nostræ æternitatis & immensitatis *ideæ*, nisi additiones iteratæ certarum *idearum* partium, quas imaginamur; durationis, & expansionis una cum numeri infinitate, in quo nullum possumus finem addendi facere? numerus enim, præ reliquis nostris ideis omnibus, inexhaustam nobis supellectilem plane suppeditat, quæ nemini non ante oculos obversatur: colligat enim quis in unam summam, quemcunque velit, numerum ingentem;

tem; multitudo hæc, utcunque magna, ne hilum quidem minuit ulterius addendi potentiam, & nihilo propius ad finem acceditur inexhaustæ numeri copiæ, ubi tantundem addendum superest, ac si nihil omnino demeretur, atque infinita hæc additio, aut si cui vox ista magis arridet, numerorum addibilitas, menti adeo manifesta, ea est, opinor, quæ nobis exhibet maxime distinctam perspicuamque infinitatis *ideam*, de qua plura in capite sequenti.

C A P. XVII.

De Infinitate.

§. I.

Infinitas in primaria sua significatione, spatio, durationi, & numero tribuitur.

QUi scire cupit, quodnam sit genus *ideæ*, cui nomen *infinitatis* imponimus, de ea re haud fieri potest certior, quam considerando, cuinam a mente magis immediate infinitas tribuatur, dein quomodo mens conceptum ejus formare soleat.

Finitum & *Infinitum*, mihi videntur a mente considerari, tanquam *modi quantitatis*, & in primaria significatione iis tantummodo rebus tribui, quæ partes habent, quæque per minimæ cujusdam partis additionem aut subtractionem augeri vel minui possunt: id genus sunt *ideæ* spatii, durationis & numeri, quas in superioribus capitibus tractavimus. Fateor equidem, nos non posse non certo scire, Deum immensum, cujus, & a quo sunt omnia, esse ratione non comprehensibili infinitum; cum tamen primo

isti & supremo enti *ideam* infiniti tribuamus, in infirmis nostris & angustis cogitationibus, primario illud facimus durationis ejus & ubiquitatis respectu; magis vero figurate, puto, potentiæ illius, sapientiæ, bonitatis, & aliorum attributorum respectu, quæ proprie inexhausta sunt & incomprehensibilia &c. quando enim ea vocamus infinita, hujus infinitatis non aliam habemus *ideam*, nisi, quæ respectum habet ad numerum, sive extensionem actuum aut objectorum potentiæ, sapientiæ, & bonitatis Dei, quæ nunquam tanta aut tot concipi possunt, quin attributa hæc ea semper exuperatura sint (*), utcunque in cogitationibus nostris in infinitum multiplicentur. Haud mihi sumam, ut demonstrem, quomodo attributa hæc in Deo insint, qui captum nostrum infinite excedit: continent procul dubio in se possibilem omnem perfectionem: hic vero, inquam, modus est noster ea concipiendi, hæ nostræ infinitatis illorum *ideæ*.

§. II.

Finiti ideam facile nanciscimur.

Cum finitum igitur & infinitum a mente considerentur tanquam expansionis & durationis modificationes, proxime considerandum est, *quomodo mens ea nanciscatur*. Quod ad *finiti ideam* spectat, non ma-

(*) Hoc modo hic vertit *Coste*, de la sagesse & de la bonté de Dieu: Actes ou objets, qui ne peuvent jamais être supposés en si grand nombre, que ces attributs ne soient toujours bien au-de là, quoique nous les multiplions en nous mêmes avec une infinité de nombres multipliés sans fin, cui addit (**).

(**) Sic in textu Anglicano, *let us multiply them in oul Thougts, as far as We can, With all the infinity of endless number*, valet dicere, verbum ad verbum, *multiplicamus in nobismetipsis, donec possumus, cum infinitate numeri, vel numeri infiniti*. Obscuritas, quam lectores invenient in his originalis verbis mihi confert, si mea traductio eamdem sortem currit. COSTE.

magnam habet difficultatem; partes extensionis, quæ sensibus obversantur, ferunt secum in animum finiti *ideam*; & successionis periodos, quibuscum tempus & durationem vulgo metimur, uti horæ, dies, & anni sunt terminatæ longitudines; difficultas est, scire, unde *æternitatis* & immensitatis interminatæ istæ *ideæ* oriantur, cum objecta, quibus affecti sumus, nullam cum immensitate ista proportionem habent.

§. III.

Infiniti ideam quomodo nanciscamur.

QUilibet *ideam* habens determinatarum quarundam longitudinum spatii, verbi gratia, *pedis*, videt se *ideam* istam iterare posse; eamque priori addendo pedum duorum *ideam* efficere, & per tertiæ additionem pedum trium, atque ita deinceps per infinitam additionem, sive *ideæ* ejusdem pedis, aut si visum fuerit duplæ aut alterius alicujus ideæ longitudinis cujusdam, uti *milliaris*, *terræ diametri*, aut *orbis magni*; harum enim quamcunque sibi sumpserit, & quotiescunque illam duplicaverit, eamve alio quodam modo multiplicaverit, & suam pro lubitu ampliaverit *ideam*, haud in eo casu talis additionis ad finem propius accedit, quam erat in initio; potentia enim spatii *ideam* per ulteriores additiones amplificandi, cum eadem semper remaneat, hinc *spatii infiniti ideam* sumit.

§. IV.

Nostra spatii idea infinita est.

HOc modo, puto, mens *spatii infiniti ideam* adipiscitur. Alterius considerationis est exquirere, utrum mens *interminati* ejusmodi *spatii ideam* habeat,

actu in se existentem, cum *ideae* nostrae res existere, haud certo evincant: quoniam vero in hujus rei mentionem incidi, dicendum puto, nobis proclive esse, cogitare, spatium, in seipso, actu interminatum esse, ad quam opinionem nos spatii sive expansionis *idea* naturaliter ducit. Cum enim a nobis consideretur, vel tanquam corporis extensio, vel per se existens, sine solida ulla materia illud occupante (ejusmodi enim spatii vacui non solum ideam habemus, verum ostendi, puto, e motu corporis, existentiam ejus necessariam esse) impossibile est, ut mens aliquem istius finem invenire aut concipere quidem posset, aut quid isti moram & impedimentum inferret in progressione per spatium, quocunque cogitationes suas extenderit. Tantum abest, ut termini quidam corporei, etiamsi muri sint adamantini, menti obsistant, dum in spatio & extensione ulterius progreditur, ut faciliorem potius aditum ipsi aperiant (*). Ubicunque enim corpus illud attingit, ibi extensionem reperiri nemo dubitabit; atque ubi ad extremos corporum limites ventum erit, quid est, quod moram facere, & animo persuadere possit, ipsum spatii finem ultimum jam attigisse, cum ipse contrarium videat; imo quando novit, corpus ipsum eo moveri posse. Si ad motum enim corporum necessarium est, ut spatium inane, vel tantillum, hic sit in ambitu corporum, & si possibile est, ut corpora per inane illud spatium moveantur; imo impossibile ut ulla materiae particula aliquo moveret, nisi in spatium inane, perspicuum est, aeque possibile esse, ut corpus in spatium vacuum progrediatur, ultra extremos corporum omnium fines, ac in vacuum inter corpora disseminatum; puri enim spatii *idea* sive intra corporum confinia, vel ultra reperiatur, eadem plane est, cum non

(*) Videte pulchrum Lucretii textum hic superius relatum. COSTE.

non essentia, verum quantitate tantum differant; adeo, ut ubicunque mens se per cogitationem sistat, vel inter corpora aut procul ab iis, in uniformi hac spatii idea nusquam limites, nusquam finem invenire possit; hinc ex natura, & uniuscujusque partis idea, illud actu infinitum esse necessario concludendum est.

§. V.

Nec non & durationis.

Ut per potentiam, quam in nobis percipimus, quoties libuerit, spatii ideam aliquam iterandi, immensitatis ideam nanciscimur; ita ex eo, quod possumus repetere cujusdam longitudinis durationis *ideam*, quam una cum infinita numerorum additione in mente habemus, *aeternitatis ideam* consequimur. In nobismet ipsis enim experimur, non magis pervenire posse ad finem iteratarum ejusmodi *idearum*, quam ad numeri extremitatem, quasi sibi minime attingendam esse, unusquisque fatebitur. Hic alia etiam quaestio longe diversa ab ea, quae ad nostram aeternitatis *ideam* attinet, venit discutienda, utrum nimirum *Ens* aliquod *Reale* sit, cujus duratio fuerit aeterna. Qui cum animo suo considerat, esse aliquid nunc existens, fateri necessum habebit, dari *Ens*, quod ab aeterno duraverit. De hoc vero, quod alio in loco tractatum erat, hic non amplius addam, verum ad alia pergam, quae ad ideae nostrae considerationem spectant.

§. VI.

Cur aliae ideae non capaces sint infinitatis.

Si verum est, infinitatis *ideam* nostram oriri a potentia, quam in nobismet observamus, *ideas* nostras infinite repetendi, rogari potest, *cur non aliis*,

perinde ac *spatii* & *durationis ideis*, *infinitatem* tribuamus, cum non difficilius sit, has frequenter in animis nostris, quam alias, repetere; nemo tamen de dulcedine aut albedine infinita cogitat unquam, etiamsi dulcis aut albi sæpe adeo, ac ulnæ sive diei *ideam* iterare potest? Ad hoc respondeo: omnes ideæ, quæ considerantur tanquam partes habentes, quæque per additionem æqualium aut minorum partium capiunt incrementum, sæpius repetitæ nobis infinitatis *ideam* exhibent; quoniam cum interminata hac repetitione fit ampliatio continua, cujus nullus finis esse potest. In aliis vero *ideis* haud res ita se habet; amplissima enim extensionis aut durationis *idea*, quam nunc habeo, minimæ cujusdam particulæ additione augescit; perfectissimæ vero, quam habeo, *ideæ* albedinis purissimæ, aliam si addam minoris aut æqualis alboris, (albioris vero, quam habeo, *ideam* addere nequeo) nullum facit incrementum, atque *ideam* meam ne hilum ampliat; diversæ itaque *ideæ* albedinis, &c. gradus vocantur. *Ideæ* enim istæ, quæ partibus constant, augeri possunt per quamlibet minimæ particulæ additionem; sin vero albi *ideam* sumas, quam nix heri oculis exhibuit, & aliam albi *ideam* ab alia nivis portione, quam hodie intueris, easque in mente conjungas, in unum quasi coalescunt, nec albedinis *idea* omnino intenditur; etsi minorem gradum albedinis majori addamus, tantum absumus ab augenda, ut eam contra minuamus. *Ideæ* istæ, quæ non constant e partibus, nequeunt ab hominibus ad quamcunque velint proportionem augeri, nec ulterius extendi, quam a sensibus receperunt; spatium vero, duratio, & numerus cum per repetitionem augmentum recipiant, in mente relinquunt *ideam* loci infiniti, in quo plures collocari possunt, nec ubivis concipere possumus ulterioris additionis sive progressionis impedimentum, quapropter co-

cogitationes istæ solæ mentes nostras ad infinitatis cogitationem ducunt (75).

§. VII.

Discrimen inter spatii infinitatem & spatium infinitum.

Etiamsi nostra infinitatis *idea* oriatur a quantitatis contemplatione, & infinito isto argumento, quod potest animus in quantitate efficere per repetitas additiones, quarumcunque velit partium istius; puto tamen nos in causa esse, quod in cogitationibus nostris magna oriatur confusio, quando infinitatem adjungimus cuidam *ideæ* quantitatis, quam menti inesse pos-

(75) Posse dicere, credam, quod albedo, ac dulcedo taxative pendeat semper ab eadem, vel quasi eadem modificatione organo sensorio nostro excitata, & ut plurimum intra eosdem arctos terminos mens semper dulcedinem, vel albedinem sibi repræsentet, quam ob rem cum invariate observet album vel dulce, nescit ulterius illud excogitare. Ceteroquin dulce, ut ejusmodi percipiatur, oportet determinatam mutationem producere, ultra quod non est amplius dulce, sed potius e contrario asperum vel amarum. Julepium e saccharo conformatum, si spissetur ultra limites, dulce non est. Quid ergo accidit? nihil aliud quam major particularum diluentium privatio, quapropter partes in sacchato contentæ, quæ nerveas fibrillas quodam determinato modo excitant, majorem acquirunt vim & mutationes (*V. Malatt. fist. tom.* 11.); intensiores producendo gustum excitant ingratum ac amarum. Forsan idem eveniret, si daretur albedo ultra limites. Et revera, nix intense alba visum lædit, & multoties colorem lente concisum ea habere, videtur. Cum ergo nunquam has corporum qualitates ultra quemdam gradum viderimus, idea ulterioris gradus nobis deficit; non ita dici potest de *extensione*, & *duratione*, has qualitates indiscriminatim videmus augeri ad nostrum captum, si eminentiori gradu eas excogitamus, passim repetitis observationibus ejusmodi invenimus. Ex hoc fit, quod anima faciliori modo in infinitum easdem augeri, potest sibi repræsentare.

posse putamus, atque ita non aliter de infinita quantitate, quam de spatio, aut duratione infinita ratiocinamur: nostra enim infinitatis *idea*, cum sit, ut arbitror, *idea infinite augescens*, *idea* vero cujusdam quantitatis, quam mens habet, cum in ea tunc terminetur *idea* (utcunque enim magna sit, non potest major esse, quam revera est) infinitatem ei annectere, est mensuram statam ac definitam crescenti quantitati accommodare; puto itaque haud inanis subtilitatis esse si dicam, caute distinguendum esse inter *ideam* infinitatis spatii, & *ideam* spatii infiniti: prior nihil aliud est, nisi mentis infinita progressio, per quascunque velit repetitas spatii *ideas*; actu vero in animo habere spatii infiniti *ideam*, est supponere, mentem antea pertransiisse, & actu contemplari omnes istas repetitas *ideas* spatii, quas repetitio infinita nunquam in universum ipsi repræsentare potest, quod contradictionem plane implicat.

§. VIII.

Spatii infiniti nullam ideam habemus.

HOc fortasse paulo clarius erit, si in numeris spectetur. Numerorum infinitas, ad quorum additionis finem nobis haud fas esse appellere, nemo non videt, & cuivis diligenter attendenti liquido patet: utcunque vero clara sit *idea* hæc infinitatis numeri, nihil magis est perspicuum, quam absurditas ideæ actualis numeri infiniti. Qualcunque in animis *ideas* habemus positivas spatii, durationis, vel numeri, qualitercunque magnæ sint eæ, nihilominus sunt finitæ, quando vero supponimus residuum inexhaustum, a quo terminos omnes removemus, & in quo menti indulgemus infinitam cogitationis progressionem, ita ut nunquam consummetur idea, ibi nostram infinitatis *ideam* habemus; quæ etiamsi quodammo-

modo clara esse videatur, cum in ea nihil consideremus, præter finis negationem; attamen cum in animis nostris spatii, aut durationis infinitæ *ideam* effingere velimus, *idea* ista valde obscura est, & confusa, quoniam e duabus partibus conflatur, quæ valde inter se diversæ sunt, si non plane contradictoriæ. Formet quippe in animo sibi quivis spatii cujusdam aut numeri *ideam* utcunque magnam, manifestum est, mentis cogitationem in ista *idea* terminari, quod tamen *infinitatis ideæ* repugnat; ea enim in *imaginaria progressione infinita* consistit. Hinc, opinor, accidit, ut tam facile confundamur, quando argumentamur & disserimus de infinito spatio aut duratione, &c. quoniam cum talis *ideæ* partes non percipiantur esse, prout revera sunt, inter se repugnantes, pars alterutra semper consequentias confundit, quæ a parte altera desumuntur; sicut *idea* motus, non ulterius progredientis, quempiam torqueret, qui a tali idea argumenta ducit, quæ perinde sonat, ac si diceretur *idea* motus quiescentis; ejusmodi mihi videtur esse *idea* spatii, vel (quod idem sonat) numeri infiniti (*i. e.*) spatii aut numeri, quem mens actu habet, & proinde contemplatur, & terminatur in eo, atque spatii sive numeri, quem in constanti & infinita ampliatione sive progressu cogitatio nunquam attingere potest. Utcunque enim ampla sit *idea* spatii, quam in mente habeo, haud major est, quam in eo temporis articulo, quo eam persentio, etiamsi momento proxime insequenti eam duplicare possum; atque ita in infinitum, id enim solum infinitum est, quod nullos habet terminos, eaque infinitatis *idea*, in qua cogitationes nostræ nullos invenire possunt (76).

§. IX.

(76) Si mihi numerum repræsento, sisto mentem in ipso nume-

§. IX.

Numeri nobis exhibent clarissimam infinitatis ideam.

EX omnibus vero aliis *ideis*, *Numerus*, opinor, ut superius dixi, *nobis suppeditat maxime perspicuam distinctamque infinitatis ideam*, cujus capaces sumus. In spatio enim & duratione cum mens persequitur *ideam* infinitatis, numerorum *ideis* & repetitionibus utitur, uti millionum, milliarium, aut annorum, quæ totidem sunt *ideæ* distinctæ, quas numeri optime prohibent, ne in confusum ruant acervum, quo in casu mens summo in errore versatur, cumque, quot voluerit, notarum longitudinem spatii & durationis milliones in unum addiderit, clarissima, quam adipisci potest, *idea* infinitatis, est numerorum infinite addibilium confusum illud & incomprehensibile residuum, in quo terminus plane nullus, circumscriptio nulla invenitur (77).

§. X.

---

mero; per consequens partes numeri a prima ad ultimam percipio, secus eas non numero, neque numerus dici potest. Sic spatii quantitatem dico, quatenus extensionem internosco; si non considero in ea finem, quantitas non est. Hinc recte ait Lockius in his ideis mens confundi debet: percipit enim *numerum innumerabilem, quantitatem incommensurabilem*, quando dicitur numerus quatenus numeratur, quantitas quatenus commensurabilis est. Non secus dici potest de *duratione*: ideam durationis habemus, quatenus consideramus ens hoc illove tempore perdurans, per consequens quatenus existit comparativo modo, aliter duratio internosci nequit. Vides ergo, quod mens in his ideis debet contradictiones concipere simul, & in eis immorari.

(77) Consideratur numerorum quantumvis ad libitum acervus, mens semper se sistit in quadam additione, aliter non amplius percipitur, nec ulterius progreditur. Hæc quæcunque sit interrupta progressio clarissima, inquit Lockius, suppeditat nobis ideam infinitatis, at dubitari posse, censeo, quod hæc confusionem potius pariat, & hinc, non clarissimam nobis sistat infinitatis ideam,

§. X.

Diversi nostri conceptus infinitatis numeri durationis & expansionis.

ILlud, fortasse, mentibus nostris majus præfert lumen, ad istam, quam habemus, *ideam* infinitatis investigandam, & palam faciet, eam *nihil aliud esse præter numeri infinitatem, partibus determinatis applicatam* (78), quarum in mente distinctas habeamus *ideas*, si consideremus, haud usu venire nobis, ut numerum, perinde, ac durationem, extensionemque infinitum vocemus; hoc accidit, quia in numero in uno quasi extremo sumus: cum enim nihil sit in numero minus unitate, consistimus ibi & finem facimus; in additione vero aut incremento numeri fines statuere nequimus: atque ita instar lineæ est, quarum cum una extremitas apud nos terminetur, altera latius semper extenditur, ulterius, quam possumus concipere, in spatio vero & duratione aliter se res habet. In duratione enim spectatur, quasi numeri linea hæc utrinque porrigeretur usque ad incomprehensibilem, indeterminatam, & infinitam longitudinem, quo palam erit cuivis, qui eam, quam habet, æternitatis notionem animadvertet, quam, ar-

---

ideam, *quando enim dicimus, inquit Hobbesius, aliquid esse infinitum, non aliquid in re significamus, sed impotentiam in animo nostro, tanquam si diceremus. nescire nos an, & ubi terminetur.* (*V. de Cive cap.* 15. §. 14). Ego autumo, non infinitum deficere, sed hoc infinitum captum nostrum excedere, neque ejus ideam nobis adesse.

(78) *Partibus determinatis applicatam*; hoc intelligi debet non quatenus infinitas determinatis partibus applicetur, nam esset contradictio, sed quatenus additionis infinitas applicetur determinatis partibus, videlicet quatenus hæ partes in infinitum repeti considerentur.

arbitror, nihil aliud esse sentiet, præter numeri infinitatis hujusce ad oras utrasque porrectionem, *a parte* nimirum *ante* & *a parte post*, prout vulgo loquuntur. Cum enim æternitatem contemplamur *a parte ante*, a nobismet ipsis & tempore instanti incipientes, in animis repetimus *ideas* annorum, aut seculorum, aut aliarum quarumcunque, quæ assignari possunt, præteritæ durationis partium, cum intuitu progrediendi in tali additione, ad numerorum usque infinitatem; & cum æternitatem *a parte post*, considerare velimus, a nobismet ipsis iterum initium sumentes, & per iteratas periodos venturas adhuc numerantes, numeri lineam istam, prout antea, extendimus; atque hæ duæ simul junctæ durationem efficiunt infinitam, quam *æternitatem* vocamus, quæ sive mentis aciem antrorsum sive retrorsum intendamus, infinita videtur, quoniam eo versus oram numeri infinitam, i. e. potentiam ulterius addendi, semper vertimus (79).

§. XI.

---

(79) Quando nos consideramus numerum seculorum, unum aliis addendo quaquaversum in progressione crescente, quantumvis longa, tum consideramus durationem, & tempus; per consequens nunquam æternitatis ideam nanciscimur. Mihi videtur, hæc idea clara esse pariter ac illa numeri infiniti (76. 77). Si considero, res perdurare, venit mihi in mentem terminus existentiæ, ut & tempus durationis; per consequens idea infiniti ab animo mihi repellitur. Melius credam, concipere posse æternitatem omnium rerum destructione, quapropter amittitur mensuræ idea, neque tempus, neque duratio ulterius percipitur, at hæc æternitatis idea adhuc meo modo confecta, est omnino clara? Nequaquam porro. Quid est igitur hæc amissio mensuræ, vel defectus ulterioris existentiæ? Hoc captum meum superat, & hic insideo.

§. XI.

Quomodo nos concipiamus infinitatem spatii.

IDem etiam in spatio accidit, ubi nosmet quasi in centro consistere concipientes interminabiles istas numeri lineas undiquaque persequimur; & quaquaversum a nobis mensurantes ulnam, milliare terræ diametrum, aut *orbem magnum*, infinitatis numeri adminiculo, quascunque volumus, eis additiones facimus; cumque non major sit ratio, cur iteratis hisce *ideis*, quam numero terminos statueremus, interminabilem istam *immensitatis ideam* adipiscimur (80).

§. XII.

Divisibilitas materiæ infinita.

ET quoniam in mole quadam corporea cogitationes nostræ ad extremam divisibilitatem pervenire nequeunt, in ea igitur manifesta infinitas nobis etiam compareat, quæ numeri etiam infinitatem habet, cum hoc vero discrimine, quod in prioribus infinitatis spatii, & durationis disquisitionibus, numerorum tantum additione utamur; cum hæc similis sit unitatis divisioni in fractiones suas, in qua potest mens in *infinitum* æque progredi, ac in superioribus additionibus, cum nihil aliud sit, nisi novorum numerorum additio: etiamsi in unius additione non magis habere possumus *ideam* positivam spatii infinite immensi, quam in divisione alterius possumus habere *ideam* corporis infinite parvi (81); cum no-

(80) Est quantum? ergo illud concipio circumscriptum.
(81) Si difficile est, numerum in infinitum aliis numeris adden-

noſtra infinitatis *idea* ſit, ſi modo ita loqui liceat, augeſcens & fugitiva *idea*, infinitate ſemper progrediens & quæ nequit uſpiam impediri.

§. XIII.

Nulla eſt infinitatis idea poſitiva.

Etiamſi, opinor, difficillimum ſit, quendam invenire abſurdi adeo ingenii, ut aſſerat, ſe poſitivam habere *ideam* numeri actu infiniti; cujus infinitas tantum in potentia conſiſtet quandam unitatum complexionem extremo cuivis numero, quoties & quandiu libitum fuerit, addendi; quod obtinet etiam in ſpatii & durationis infinitate, cujus potentia infinitis additionibus locum menti relinquet. Quidam tamen ſunt, qui durationis & ſpatii infiniti ſe poſitivas habere *ideas* putant. Ad convellendam iſtiuſmodi poſitivam ideam infiniti, atque errorem iſtum refellendum, ſatis, arbitror, eſt, eos rogare, utrum infinito iſti quicquam addere poſſint, nec ne? nullam puto, poſitivam *ideam* poſſumus habere ſpatii aut durationis cujuſdam, quæ non menſuretur per repetitos numeros pedum, aut ulnarum; dierum, aut annorum; quæ menſuræ ſunt communes, quarum in animis *ideas* habemus, & per quas de ejuſmodi quantitatum magnitudine judicavimus. Quapropter cum neceſſe ſit, durationis aut ſpatii infiniti *ideam* ex partibus infinitis coagmentati; non aliam habere poteſt infi-

---

dendo, infinitatem in auctione concipere, perdifficile eſt, imo impoſſibile, corpus infinite parvum mihi repræſentare. Parvitas aliquid circumſcriptum determinat; ſi dico *parvitatem infinitam*, neſcio quid dico. Conſtituo terminos *parvitatem* dicendo, & eodem actu vocabulo *infinitam* eoſdem terminos deſtruo. Quis hanc contradictionem ſibi poteſt reconciliare? Perpendite.

infinitatem, quam numeri, ulterioris semper additionis capacis, non vero actualem positivam *ideam* numeri infiniti. Puto enim, manifestum esse, rerum finitarum additionem (cujusmodi sunt omnes longitudines, quarum positivas habemus *ideas*) haud aliter *ideam* infiniti producere unquam posse, quam numerus facit; qui ex additionibus constans unitatum finitarum ad se invicem, infiniti *ideam* nobis suggerit, potentiam tantum, quam nobis inesse persentimus, augendi summam, & plures addendi ejusdem generis, sine propiori ad finem istiusmodi progressionis accessu.

§. XIV. Qui suam *infiniti ideam positivam esse* probatum eunt, mihi videntur uti festivo argumento, desumpto a finis negatione: quæ cum negativa sit; negatio ejus positiva est. Qui cum animo suo considerat, finem, qui reperitur in corpore, esse extremitatem sive superficiem corporis istius, haud statim, fortasse, concedet, finem istum meram negationem esse: & qui calami sui scriptorii extremitatem nigram esse aut albam animadvertit, credet sine dubio extremum illud plus in se continere, quam puram negationem: nec est, quando durationi applicatur, nuda existentiæ negatio, verum magis proprie ultimum istius momentum. Si velint autem finem nihil aliud esse, præter meram existentiæ negationem, inficiari certe nequeunt, initium esse primum existentiæ instans entis, quod existere incipit, & nemo unquam sibi imaginatus est, id puram esse negationem, quapropter ex proprio ipsorum argumento sequetur, æterni *ideam a parte ante*, sive durationis absque initio esse *ideam* tantummodo negativam.

§. XV.

§. XV.

Quid positivum est, quid negativum in idea nostra infiniti?

FAteor equidem, *ideam* infiniti in iis omnibus, quæ tribuimus ipsi, positivum aliquid continere. Cum de spatio infinito aut duratione cogitare lubet, primum amplissimam aliquam ideam vulgo effingimus, uti, fortasse, millionum, seculorum, aut milliarium, quæ verisimile est, duplicari, & a nobis multiplicari sæpius. Quicquid in cogitationes nostras hoc modo congerimus, positivum est, & collectio magnæ multitudinis positivarum *idearum* spatii sive durationis: istius vero, quod ultra hoc residuum adhuc est, haud magis positivam notionem distinctam habemus, quam nauta profunditatis maris; ubi linea plumbata magna portione demissa, haud ad fundum penetrat; inde novit mare eo loci tot ulnas altum esse, & plus eo; quantum vero plus illud sit, haudquaquam distincte novit, & si novam indesinenter lineam suppeditaret, bolidemque semper sine ullo obstaculo descendere altius experiretur, similis ipsum sors versaret, quæ mentem, cum in perfecta & positiva infinitatis idea adipiscenda operam collocat. Quo in casu, sit linea hæc 10, aut 10000 ulnas longa, æqualiter ostendit, quid ultra positum sit, solumque exhibet confusam hanc & comparativam *ideam*, hoc nimirum haud totum complecti, verum ulterius progredi possibile esse. Quicquid spatii alicujus animus comprehendit, positivam habet istius *ideam*; in hac vero infinitatis cogitatione, cum semper sit in ulteriori progressione, *idea* semper imperfecta est & incompleta (82). Tantum spatii, quantum

(82) Millionum seculorum, seu milliarium ideam effin-

tum animus sibi ipse repræsentat in idea, quam de certa quadam magnitudine sibi format, est prorsus tantum extensionis luculenter & positive in intellectu informatæ; infinitum verum adhuc majus est. *I.* Igitur *idea tanti positiva est & clara. II. Idea majoris etiam clara est, verum comparativa tantum est idea. III. Idea tanto majoris, quantum nequit comprehendi, plane negativa est*, non positiva (83); ille enim, qui claram & positivam amplitudinis cujusdam extensionis non habet *ideam* (quæ in infiniti *idea* accurate quæritur) dimensionum ejus haud comprehensivam habere ideam potest; talem vero nemo, arbitror, in infinito investigandam esse dicet. Rationi enim æque consentaneum foret, dicere, hominem habere positivam & claram *ideam* cujusdam quantitatis, tum tamen, quanta sit, nesciat, ac asserere, illum claram habere & positivam *ideam* arenarum in li-

---

ideam effingimus, determinamus durationem, vel longitudinem; si ulterius mente progredimur, quid primis addere, concipimus, vel non: si posterius quantitas determinata est; si anterius, hoc quod addere, credimus, ipsam quantitatem determinat. Quando nauta lineam plumbatam demittit & pronfunditatem maris perpendit, dum videt plus altum esse quam ipsa linea ostendit; hæc repræsentatio ulterioris profunditatis quantitas est, denotat sane quid aliud adesse, ergo dat ideam claram positivi, at infiniti nequaquam. Cum dicitur enim *plus*, concipitur existentia quantitatis, qua destruitur *infinitas*. Hinc Lockius ait, incompleta atque *imperfecta esse*. Verum cum eo pugnat quod §. IX. hujus capitis ipse dixit.

(83) Vereor ne sit inintelligibilis hæc negativa idea, *quod non est* concipi nequit, vel tantum ratione positivi; per consequens cum dico non habere terminos, ut paulo ante ipse asseruit auctor, dico quid positivi: cum dico aliquid infinitum, considero quantitatem, quam mente percutro, & indesinenter percurrendo semper quantitatem adinvenio. Hæc idea quæcunque sit, positiva est, & infinitatem obscurat; etenim in hac mentis fluxione quantitatem invenio, semperque in quantitate immoror.

litore maris, qui quot sint, ignorat; & tantummodo scit, eas plures esse, quam viginti: similem plane perfectam & positivam *ideam* infinitatis habet ille, quando spatio aut durationi eam applicat, qui dicit, eam majorem esse extensione aut duratione 10, 100, 1000, aut alterius cujusdam numeri milliarium, aut annorum; quorum positivam habere potest *ideam*; atque hæc, puto, totam quam habemus *ideam infiniti* complectitur. Adeo, ut quod ultra *ideam* nostram positivam infinitatem versus patet, in obscuritate jaceat, & confusionem habeat indeterminatam *ideæ* negativæ, in qua scio, me non omnia, quæ vellem, comprehendere posse, cum finitæ & angustæ intelligentiæ meæ captum longe excedant: atque non potest illud non longe abesse a positiva idea completa, in quo pars longe maxima eorum, quæ libenter vellem comprehendere, cum hac indeterminata notatione prætermittuntur, quod plus adhuc reliquum sit. Si dicas enim post quantitatis cujusdam mensurationem tantum, aut progressionem, nondum ad finem perveniri; perinde est ac, si dixisses, quantitatem eam majorem esse. Adeo, ut finem negare cuidam quantitati, sit aliis verbis, eam majorem esse, dicere; atque finem penitus negare, est *ideam* hanc majoris quantitatis per omnes ferre progressus, qui a cogitationibus fiunt in quantitate, & omnibus, quas habere possumus, ideis quantitatis, *ideam* hanc majoris quantitatis adhuc semper addere. Utrum vero talis *idea* positiva sit, penes quemvis judicium esse velim.

§. XVI.

Nos non habemus ideam positivam infinitæ durationis.

EOs rogo, qui dicunt, se positivam *æternitatis ideam* habere, utrum sua ipsorum *idea* durationis successionem in se includat, necne? si non includit, tunc ostendant oportet, quænam sit in durationis notione discrepantia, cum enti æterno & infinito ab iis tri-

tribuitur; cum fortasse alii hac in re ignorantiam suam ingenue mecum fatebuntur, nec inficiabuntur, notionem durationis, qua sunt imbuti, efficere, ut opinentur, illud, quod durationem habet, hodie diuturnius esse, quam fuit heri. Si ad successionem devitandam in æterna existentia recurrant ad scholarum *punctum stans*, parum, arbitror, illud profuturum est, nec infinitæ durationis *idea* eo pacto magis perspicua & positiva reddetur; cum nihil difficilius concipiatur, quam duratio absque successione. Præterea, *punctum* illud *stans* si aliquid omnino significet, cum non sit *quantum*, finitum aut infinitum istius affectiones esse nequeunt. Ac si debiles apprehensivæ facultatis nostræ vires nequeunt successionem ab omni qualicunque duratione secernere, æternitatis *idea* nostra nihil aliud esse potest, nisi successionis momentorum durationis, in quibus aliquid existit, atque utrum magis quis habeat aut habere potest *ideam* positivam numeri actu infiniti, velim, ut tam diu considerent, quoad numerus iste infinitus ita creverit, ut nihil isti addi possit, quamdiu vero capax est incrementi, ipsi, arbitror, credent *ideam*, quam habent, arctam nimis & adstrictam esse, cui infinitatis positivæ nomen tribuatur (84).

§. XVII.

Nulla positiva est idea infiniti.

NOn fieri posse credo, quin creatura omnis rationis & cogitationis particeps, si ad suam ipsius aut aliorum entium existentiam animum attendere velit, entis æterni & sapientis, quod caret princi-

 pio,

(84) Sic legitur in versione gallicana. „ Si elle n'enferme „ aucune succession, ils sont obligés de foir voir la difference „ qui il y a entre la notion qu'ils ont de la durèe lorsqu'elle „ est appliquée à une être éternel, & celle qu'ils en ont, lorsqu'elle est appliquée à une être fini; &c.

pio, notionem habeat: atque certus ſcio, me talem habere *ideam* durationis infinitæ, hæc vero *principii negatio*, cum entis poſitivi negatio ſit, vix mihi poſitivam miniſtrat infinitatis *ideam*, ad quam, quoties ego cogitationes extendo, video me in latiſſimo errore verſari, & a clara iſtius comprehenſione longe abeſſe.

§. XVIII. Qui putat ſe ſpatii infiniti poſitivam habere *ideam*, quamprimum attente illud conſideraverit, videbit, haud minus difficile eſſe, maximi, quam minimi, ſpatii *ideam poſitivam* habere: in hoc poſteriori enim, quod e duobus videtur eſſe facillimum, & maxime in poteſtate noſtra ſitum, capaces tantummodo ſumus comparativæ *ideæ* parvitatis, quæ minor ſemper erit quavis alia, cujus *ideam* poſitivam habemus; omnes enim poſitivæ noſtræ *ideæ* cujuſvis quantitatis, ſive magna ea ſit, ſive parva, ſemper terminos habent, etiamſi *idea* noſtra comparativa, cujus ope uni ſemper addere, atque alteri demere poſſumus, expers eſt terminorum: magnum enim illud ſit, an parvum, quod reſiduum eſt, cum in poſitiva, quam habemus, idea non contineatur, in obſcuritate latet, nec aliam iſtius *ideam* habemus, niſi potentiæ indeſinenter unum ampliandi, & minuendi alterum. Piſtillum enim quamvis materiæ particulam cito adeo ad punctum inviſibile reducet ac Mathematici cogitatio acutiſſima: atque menſor facile adeo decempedæ adminiculo ſpatium metietur infinitum, ac philoſophus poterit mentis agitatione celerrima attingere, aut cogitatione illud comprehendere; quod poſitivam eſt iſtius ideam habere. Qui de cubo cogitat, cujus diameter menſura eſt pollicis, claram & poſitivam iſtius *ideam* habet in animo, atque poteſt menſuram fingere cubi $\frac{1}{2}$, $\frac{1}{4}$, $\frac{1}{8}$ pollicis, & ſic ulterius diminuendo pergere donec *ideam* habeat in cogitationibus rei

rei alicujus perexiguæ: nequit vero ad ideam pervenire incomprehensibilis istius parvitatis, quæ per divisionem produci potest. Quod residuum est parvitatis, procul adeo est a cogitationibus ejus, ac cum primum incepit; quapropter nunquam adipiscitur claram & positivam *ideam* parvitatis istius, quæ infinitam divisibilitatem consequitur (85).

§. XIX.

Quid positivum, vel negativum in idea nostra infiniti.

OMnes, qui infinitatem contemplantur, primo intuitu, ut dixi, amplissimam faciunt *ideam* aliquam rei istius, cui tribuitur, sive spatium sit, sive duratio, & fortasse nimiam molestiam & negotium exhibent cogitationibus suis, amplam istam primariam *ideam* in animis multiplicando: haud tamen eo pacto propius accedit ad claram *ideam* positivam ejus quod residuum est, quam rusticus aquæ, quæ ventura adhuc, & per eum, in quo constitit, alveum transitura erat.

Rusticus expectat dum defluat amnis: at ille
Labitur, & labetur in omne volubilis ævum. (*)

(85) *V. adn.* 125. *& seq.*
(*) *Horat. Epistol. Lib. I. Epist. II. v.* 42. 43.

§. XX.

Quidam putant, se positivam habere ideam æternitatis, spatii vero non item.

IN quosdam incidi, qui inter durationem infinitam & infinitum spatium tantum discriminis ponunt, ut sibi persuadeant, se *positivam* habere *ideam æternitatis*, *spatii vero infiniti se* nec habere, nec habere posse ullam *ideam*. Cujus erroris causam hanc esse puto, quoniam nimirum post accuratam causarum & effectuum contemplationem, necessum habere vident, ens aliquod æternum admittere, & proinde considerare entis illius realem existentiam, cum ea, quam habent, æternitatis idea connexam, & commensuratam: contra cum non necessarium esse vident, verum plane absurdum, ut corpus sit infinitum, concludunt statim, se, quoniam materiæ infinitæ nequeant, spatii etiam infiniti nullam habere posse *ideam*: atque hæc consequentia male mihi videtur sumi, quoniam materiæ existentia haud magis necessaria est ad existentiam spatii, quam motus aut solis existentia ad durationem, licet duratio per eum mensurari soleat, atque nullus dubito, quin æque sit possibile, ut quis *ideam* habeat 10000 milliarium quadratorum, sine corpore quodam istius extensionis, ad ideam 10000 annorum, sine corpore aliquo coævo. Haud mihi difficilius videtur, *ideam* habere spatii, corpore vacantis, quam dolii capacitatem sine frumento, aut nucis putaminis cavitatem absque nucleo concipere (86): non magis quippe necessarium est, ut corpus solidum existat infinite extensum, eo quod spatii infinitatis ideam habemus: quam necessarium est, ut mundus sit æternus, propterea

(86) Attente perlege quod scripsit Auctor in §. XII. hujus Libri, & vide an hoc illi respondeat.

ea quod ideam habemus durationis infinitæ : cur vero putaremus , *ideam* nostram spatii infiniti subsidio carere realis existentiæ materiæ, cum videamus, nos claram, adeo venturæ, ac præteritæ durationis *ideam* habere? etiamsi, credo, nemo dicet, concipi posse, aliquid futura ista duratione extare etiamnum, aut ante extitisse. Nec magis possibile est, *ideam* nostram futuræ durationis cum præsenti aut præterita existentia connectere, quam efficere, ut hesternæ, hodiernæ, & crastinæ diei ideæ eædem sint; vel ut præterita & futura secula simul existant, & contemporanea sint. Si vero hi in ea sint opinione, se durationis infiniti ideo clariores habere *ideas*, quam spatii infiniti, quoniam extra omnem controversiam est, Deum ab æterno extitisse, nullam vero realem materiam cum spatio infinito coextensam esse; fatendum vero est Philosophos istos, qui opinantur, spatium infinitum ab infinita Dei ubiquitate non minus possideri, quam durationem infinitam ab æterna illius existentia, non minus claram habere ideam infiniti spatii, quam durationis infinitæ; etiamsi neutri illorum, puto, in utrovis casu, positivam habent infinitatis ideam. Quascunque enim *ideas* positivas quantitatis cujusdam quis in mente habet, eadem facilitate potest eam repetere, & priori annectere qua potest, *ideas* conjungere duarum dierum, aut passuum, quæ positivæ sunt ideæ longitudinum, quas in animo habet, atque ita, quousque velit progredi; quo pacto, si quis *ideam* haberet infiniti, durationis, aut spatii, posset duo infinita in unum conjungere, imo unum infinitum infinito majus alio efficere, quæ adeo sunt absurda, ut ea refutare supervacaneum sit.

§. XXI.

Suppositæ ideæ positivæ infinitatis causa sunt errorum.

SI qui nihilominus sint, qui sibimet persuadent, se claras habere positivas *ideas* comprehensivas infinitatis, æquum est, ut privilegio fruantur, quo aliis antecellunt: atque ego (haud secus, quam alii, quos novi, qui se nullas ejusmodi habere fatentur,) cupio magnopere ex illorum consuetudine de hac re certior fieri; hactenus enim in ea opinione fui, magnas istas & insuperabiles difficultates, quæ controversias omnes de infinitate sive spatii ea sit, sive durationis, aut divisibilitatis, penitus abstrusas reddunt, certa fuisse *indicia defectus in ideis nostris infinitatis*, & inde accidisse, ut tanta sit distantia inter infiniti naturam & intellectus nostri angustias. Dum homines enim de infinito spatio, sive duratione, haud secus disputant, quam si perfectas æque & positivas istius haberent *ideas*, ac nominis habent, quod pro eo substituunt, aut ulnæ vel horæ, aut alterius cujusdam determinatæ quantitatis; haud mirum est, si incomprehensibilis rei natura, de qua disputatur, eos altercationum spinis & sententiis, plane inter se pugnantibus implicatos teneat, atque animi illorum magnitudine objecti, cui contemplando haud pares sunt, tandem obruantur.

§. XXII.

Omnes hæ ideæ à sensatione & reflexione oriuntur.

SI diutius hæsi in comtemplatione durationis, spatii & numeri, & quæ ab illorum contemplatione nascitur infinitatis, haud magis fortasse est, quam materia postulat, cum paucissimæ sint *ideæ* simplices,

ces, quarum modi humanis cogitationibus plus exercitationis præbeant. Haud, in plena eas latitudine tractare, in me ſuſcipio; ſatis præſenti inſtituto erit, oſtendere, quomodo mens eas, quales quales ſint, a *ſenſatione* & *reflexione* recipiat: & quomodo ipſa, quam habemus *infinitatis idea*, utcunque remota videatur a quovis objecto ſenſus, aut mentis operatione, inde etiam, prout reliquæ omnes *ideæ* noſtræ, originem trahat. Quidam Mathematici ſubtilibus aſſueti ſpeculationibus, aliis, fortaſſe, modis infinitatis *ideas* in mentes ſuas introducant, (87) licet: hoc vero non obſtat, quo minus ipſi, haud ſecus, quam alii omnes, methodo, quam hic tradidimus, primas, quas habuere, infinitatis *ideas* a *ſenſatione* & *reflexione* adepti ſint.

CAP.

---

(87) Wolfius definit ſpatium „ per ordinem ſimultaneorum, „ quatenus exiſtunt „ (*V. Ontol. lat. p.* 454. § 598.). Si valeret hæc definitio, rueret ſpatii idea oblata quadam relatione ad corpora coexiſtentia. *HOLLMANNUS* quicquam poſitivi ſpatium eſſe negat, & cenſet, nihil aliud eſſe, quam nudam rerum exiſtentium non contiguitatem. En ejus verba: *Nihil poſitivi cogitandum nobis eſt, quando ſpatium cogitare volumus, noſque illud, modo explicato, poſſibile jam eſſe, diximus, quin nuda potius unius rei, vere exiſtentis, ab alia vere exiſtente, diſtantia, ſeu, quoniam, & hoc vocabulum, æque ac ſpatii vocabulum poſitivum eſt, ideoque & ideam rei alicujus poſitivæ, plerumque in nobis generat, nuda non contiguitas eſt.* (*V. Metaph.* §. 121.). Ceteroquin *dolii capacitatem ſine frumento*, aut nucis *putaminis ſine nucleo concipere*, quid aliud eſt quam non contiguitas parietum recipientis, per conſequens quam rerum exiſtentium non contiguitas, vel ordo parietum ſimultanearum, quatenus coexiſtunt? Quam ob rem quid aliud quam relatio materiæ innixa, qua tantum concipere poſſumus ſpatium adeſſe? Quomodo igitur nobis animo repræſentari poteſt ſpatium, neglecta corporum idea? Scio, equidem ſcio, complures imaginari ſpatium tanquam ens reale actu exiſtens, extenſum, uniforme, continuum, quod eſt indiviſibile, ac immobile, a rebus exiſtentibus penetrabile. Quod tanquam receptaculum homines ſibi repræſentant. At rogo ecquis poteſt id luculenter concipere? Nemo profecto, ſi ideas cerebroſas prætermittimus,

C A P. XVIII.

De aliis Modis Simplicibus.

§. I.

Modi motus.

Etiamſi in capitibus præcedentibus oſtendi, quomodo ab *ideis* ſimplicibus, per ſenſationem intromiſſis, animus ſe ad infinitatem extendat; quæ etiamſi præ aliis omnibus a quavis perceptione ſenſibili maxime remota videatur, tandem vero deprehenditur nil in ſe continere, niſi quod confectum erat ab *ideis* ſimplicibus, per ſenſus in mentem receptis, atque ibi poſtea per facultatem iſtam in unum junctis, quæ menti ineſt ideas ſuas repetendi. Etiamſi, inquam, hiſce exemplis modi ſimplices *idearum* ſimplicium ſenſationis abunde innoteſcant, eaque ſufficiant ad demonſtrandum, quo pacto mens adipiſcatur illas; attamen methodi gratia paucas alias breviter recenſebo, dein ad *ideas* pergam, quæ magis ſunt complexæ.

§. II. *Labi*, *rotare*, *volvere*, *ambulare*, *ſerpere*, *ſaltare*, *ſalire*, *perſultare* atque alia multa, quæ indicari poſſent, voces ſunt, (nimirum cum Latine redduntur) quæ quam primum ab iis audiuntur, qui linguam iſtam callent, ſtatim in animis diſtinctas ipſarum *ideas* ſuppeditant, quæ nihil aliud ſunt, niſi motus modificationes diverſæ. *Modi motus* iis reſpondent, qui proprii ſunt extenſionis; *celer* & *tardus* duæ ſunt *ideæ* diverſæ motus, quarum menſuræ conficiuntur e diſtantiis temporis & ſpatii ſimul junctis,

atque

atque ita complexæ sunt *ideæ*, tempus, & spatium una cum motu complectentes.

§. III.

Sonorum modi.

Similem varietatem in sonis reperimus. Unaquæque vox articulata diversa *soni* modificatio est; unde videmus, per ejusmodi modificationes, ideas distinctas, numero propemodum infinito, menti a sensu auditus suppeditari posse. Soni etiam præter strepitus distinctos avium & bestiarum modificantur per tonorum varietatem longitudinis diversæ simul junctorum, qui conficiunt complexam *ideam* istam, quæ *modulatio* dicitur, quam musicus, *ideas* animadvertendo sonorum tacite in phantasia sua ita simul junctorum, potest in animo habere, cum nec auribus recipit, nec edit sonum aliquem.

§. IV. Colorum etiam modi varii esse possunt; quosdam observamus tanquam gradus diversos, vel, prout appellantur, quasi *adumbrationem ejusdem coloris*: quoniam vero rarissime colorum similitudines, vel propter usum aut delectationem, efficimus quin figuræ etiam partes suæ tribuantur, prout videre est in picturis, in operibus textibilibus, & vestibus acu pictis, &c. ii qui notantur, utplurimum pertinent ad mixtos modos, utpote qui conflantur ex *ideis* generum diversorum, *videlicet* figuræ & coloris, cujusmodi sunt *pulchritudo arcus cælestis*, &c.

§. V.

§. V.

Modi saporum.

OMnes *sapores* & *odores compositi*, modi etiam sunt e simplicibus hisce sensuum istorum *ideis* conflati; quoniam vero utplurimum nominibus carent, rarius observantur, nec scriptis tradi possunt, illos itaque omissa eorum enumeratione lectoris considerationi & experientiæ relinquendos censeo.

§. VI.

Modi colorum.

GEneratim observari potest, *modos* istos *simplices*, *qui considerantur tanquam diversi tantum gradus ejusdem ideæ simplicis*; etiamsi plurimi ex iis in se sint ideæ valde distinctæ; *haud communiter nomina habere distincta*, nec notari multum tanquam *ideas* distinctas, cum non nisi parvum inter illos discrimen reperiatur. Utrum homines hos neglexerint modos, nullaque iis nomina propterea imposuerint, quod mensuris careant, quibus accurate eos distinguerent; vel quia, postquam distinguerentur, cognitio ista haud generalem haberet & necessarium usum, aliis considerandum relinquo; nostro huic instituto satis est, demonstrare omnes nostras *ideas* simplices, per sensationem & reflexionem obtineri, & posse mentem obtentas variare, repetere & componere, atque ita novas *ideas* complexas efficere. Etiamsi vero *album*, *rubrum*, aut *dulce*, &c. haud ita fuerit modificatum, aut per varias combinationes in ideas complexas immutatum, ut nominari, & proinde in species distribui possit, quædam tamen aliæ e simplicibus *ideis*, nimirum superius memoratæ istæ ad *unitatem*, *durationem*, *motum*, &c. pertinent, potentia etiam

etiam & cogitatio hoc modo ad magnam usque *idearum* complexarum varietatem, una cum nominibus etiam illarum, modificata fuere.

§. VII.

Cur modi quidam habeant, alii non habeant nomina.

CUjus rei hæc, arbitror, *ratio* erat, quod homines, cum hominibus in vita communi, negotia transigant, apprime necessarium erat, ut notitiam haberent hominum, & actionum illorum, & quibus indicarentur, nomina etiam perdiscerent, effinxerunt itaque *ideas* actionum valde accurate modificatarum, & complexis istis *ideis* nomina imposuerunt, ut eo facilius sine longis verborum ambagibus, res istas scriptis traderent, & de iis sermones consererent, quæ erant in usu quotidiano: atque ut ea omnia, de quibus ultro citroque verba necessario habenda erant, facilius & citius intelligerentur. Rem ita se habere, atque homines in diversis *ideis* complexis fingendis, nominibusque iis imponendis ad finem sermonis in genere, (qui brevis est & expedita ratio cogitationes suas inter se invicem communicandi) plurimum respexisse; patet ex nominibus ipsis, quæ in plurimis artibus inventa, & ab iis, qui sermonis compendio studebant, applicata fuere variis ideis complexis actionum modificatarum, quæ diversorum propriæ sunt artificiorum: hæ *ideæ* haud vulgo formantur in virorum animis, qui circa operationes istas non versantur; atque inde est, quod vocabula, quibus hæ actiones exprimantur, a maxima parte hominum, qui eodem utuntur sermone, haud intelligantur; ita nimirum Anglicæ voces

istæ

istæ (*) *Coltsher*, (**) *Drilling*, *Filtration*, *Cohobation*, certas quasdam complexas *ideas* denotant; quæ, quoniam non aliorum animis insunt, quam paucorum istorum, quibus sunt usui, ideoque vulgo non nisi fabris ferrariis & Chymicis innotescunt; qui, quoniam eas, quæ per nomina ista denotantur, *ideas* complexas effinxerunt, iisque nomina composuerunt, aut ab aliis composita receperunt; auditis in familiari colloquio nominibus istis, eas *ideas* statim in mente complectuntur: nimirum per vocem *cohobation*, omnes ideas simplices distillandi, & liquorem a re quapiam extillatum in materiam reliquam retro fundendi, eumque rursus distillandi. Videmus igitur magnas esse varietates *idearum* simplicium, ut saporum, & odorum, quæ carent nominibus; modorum vero longe plures; quibus, quoniam vel communiter non satis animadvertuntur, vel quia non magni refert, ut in negotiis & communi hominum consuetudine observentur, nomina haud imposita fuere, & propterea haud inter species recensentur; de hoc vero fusius tractandi ansa dabitur, cum de vocibus sermo erit.

CAP.

(*) Coltsher apud Anglos terminus est typographis usitatus & idem sonat, quod Gallorum Frisler.

(**) Tria hæc vocabula Chymicis sunt familiaria. Scilicet Drilling.

C A P. XIX.

De Modis Cogitandi.

§. I.

Sensatio, *recordatio*, *contemplatio*, *&c.*

CUm mens aciem suam intus in se vertens proprias contemplatur actiones, prima omnium *Cogitatio* occurrit; (88) in ea modificationum magnam varietatem observat, quarum distinctas sibimet ideas effingit. Hoc modo perceptionis, aut cogitationis, quæ actu comitatur, & quasi annexa est cuivis impressioni corporeæ ab objecto externo provenienti, distinctam format *ideam*, quam *Sensationem* vocamus; quæ est, quasi actualis introitus *ideæ* cujusdam in mentem per sensus: (89) eadem *idea* cum

(88) Mathematici methodum infinitesimalem constituunt, qua utuntur, ad reconditas cujuscunque quantitatis proprietates detegendas, quapropter concipiunt quantitatem ex numero partium *infinitesimarum* infinito conflatam, vel indeterminata subtilitate constitutarum semper in infinitum decrescentium, & habentium inter se easdem rationes, quæ inter numeros infinitos existunt, vel eamdem corporum, e quibus sumuntur; per consequens, unam, duplam, triplam &c. altera esse concipiunt. At quidquid de hoc sit, Mathematicis relinquimus.

(89) Quando anima proprias contemplatur actiones, est actus, ait Auctor, cogitandi. Si licet, nos ab Auctore aliqua in parte recedere, dicam, proprias contemplari actiones, idem esse ac dicere, animam esse consciam suarum perceptionum. At percipere absque conscientia perceptionis, credo dari non posse. Recordor, quod distinguit (*Cap.* IX. §. I.) ille perceptionem a cogitatione, quatenus hæc est actus, illa est passio; per conse-

cum denuo recurrit sine similis objecti operatione in sensorium externum, dicitur *memoria*, si per mentem investigatur, & magno conatu studioque inventa, iterum cernatur, *reminiscentia* dicitur (90): si diu ibi attente consideretur, *Contemplatio* est: cum *ideæ* fluctant in animo nostro, haudquaquam illud animadvertente intellectu, hoc illud est, quod Galli *Reverie* (91) vocant (92), & in lingua Anglicana vix nomen obtinet: cum *ideæ*, quæ semet offerunt (quippe, ut alio loco notavi, dum vigilamus, ingens idearum comitatus sibimet invicem semper in ani-

---

sequens inquit, in cogitatione, anima cum voluntate, ac attentione rem quampiam considerat, in perceptione circa ideas versatur (*Cap.* 4. §. IV. hujus *lib.*), at considerare aliquid cum attentione & voluntate, si recte video, non est idem, ac proprias actiones contemplari: illud supponit actus mentis ad se relatum, hoc idem actus ad objectum respondens. Ulterius: Quando dicitur proprias contemplari actiones, nihil aliud significat quam agere in sua actione, quomodo in propria actione agi possit, non video. Si veritatem fateri licet, hanc cogitationis notionem satis obscuram adinvenio, ut & obscura, ac equivoca reperitur apud reliquos auctores. Nos eam definivimus, nec definitionem hic esse repetendam existimamus.

(90) Hic idearum introitus in mentem non satis intelligitur. Mens esset tum subjectum & objectum suæ perceptionis, quod male inter se complicatur. Hinc non arguo nisi contra Auctorem, qui animam tanquam materialem ponit, vel saltem dubitat, esse ejusmodi, de quo infra; alioquin dicerem, quod hic transitus supponit actionem, & reactionem: non habetur enim idea mutationis, quæcunque sit, absque his potentiis vel affectionibus; per consequens poneretur, animam partibus constare, ex eo quia recipit, & mutatur, quidquid sit illud quod menti obversetur (92. *tom.* I.).

(91) Thiele ait reminiscentia est, Coste ita „ cet acte de l' esprit se nomme *memoire* (*V.* 84. *tom.* I.)

(92) Sic *THIELE Recollectio dicitur*. *COSTE* vertit hoc modo „ Si l'esprit tâche de la rappeller, & qu' enfin apres quelque effort il la trouve & se la rende presente, c' est *reminiscence*. Quapropter luculenter *Reminiscentia*, de qua *V. ann.* 85. *tom.* I.

animis nostris succedunt) animadvertuntur & quasi in memoria reconduntur , *Attentio* est ; cum mens in *ideæ* cujusdam contemplatione penitus defixa hæret , cum lubens eam undiquaque intuetur , nec aliarum idearum illecebris facile ab illius intuitu revocatur , *Intentio* sive *Studium animi* vocari solet : (93) *Somnus* fine somniis horum omnium quies est sive remissio : atque *somniare* , est *ideas* percipere (dum sensus externi obstruuntur ita , ut non eadem , qua solent , celeritate objecta externa recipiant) in animo , quæ non ab externis objectis , aut nota quavis occasione suggeruntur : neque sua ulla omnino electione , aut gubernatione intellectus : utrum vero illud , quod *Extasiam* vocamus , non sit *oculis apertis somniare* , aliis discutiendum relinquo (94) .

§. II. Hæc pauca quædam exempla sunt variorum *modorum cogitandi* , quos potest animus in semet ob-

 ser-

---

(93) Actus mentis, quo deliberate percipitur objectum, ego *attentionem* appello ; in memoria reponere , est effectus ipsius actus , per consequens *attentionis* ; quæ supponit actum deliberatum perceptionis , ut meditantibus patet ; & differt a contemplatione , quatenus consideratur idem actus ad objectum , non ad objecti notas applicatus : ab actu reflexionis quatenus idem actus habetur tanquam confectus , ad notas , nimirum objectumque applicitos , quo anima videt , distinguit , adnotat objectum ipsum (*V. anal. intell. hum. (μμ) p. 241. tom.* 1.

(94) *Studium* animi ego appello „ gradum eminentiorem attentionis „ Vides ergo in quo differat studium ab attentione , Studium supponit actum deliberatum animæ in gradu eminentiori , quo objectum aliquod percipitur ; attentio idem simplex actus ; differt a contemplatione , quatenus non est ad objecti notas applicatus , per consequens vides , qua ratione nos omnes studemus , nec pariter omnes enodamus veritates . Cum studium non supponat contemplationem , neque reflexionem , non supponit pariter distinctas enodatasque ideas alicujus objecti , ut reflexio supponit (*V. anal. intell. (μμ) tom. 1. pag. 241.*)

ſervare atque ita diſtinctas adeo *ideas* illorum formare, ac *albi* & *rubri*, *quadrati* aut *circuli* effingit. Haud omnes enumerare in me ſuſcipio, nec fuſe explicaturus ſum de hoc genere idearum, quæ per *Reflexionem* obtinentur: eæ enim ingenti volumini materiam ſuppeditarent. Mihi inpræſentia ſufficit, per paucula exempla demonſtraſſe, cujus generis *ideæ* ſint iſtæ, & unde mens eas adipiſcatur: præſertim cum fuſius poſtea tractaturus ſim de *Ratiocinatione*, *Judicatione*, *Volitione*, & *Cognitione*, quæ inter præcipuas mentis operationes, & *modos cogitandi*, recenſenda ſunt.

§. III.

Varia intentio animi in cogitando.

AT fortaſſe venia dabitur digreſſioni, nec ab inſtituto noſtro alienum videbitur, ſi *diverſos animi ſtatus in cogitando* hic contemplemur; quos memorata ſuperius exempla *Attentionis*, *Delirationis* (Reverie,) & *Somniorum* naturaliter nobis ſuggerunt. Eſſe *ideas* aliquas in animo vigilantis ſemper præſentes, ſua cujuſque experientia ipſum convincit: etiam animus dum circa illas verſatur, varios adhibet gradus attentionis. Nonnunquam mens hæret adeo defixa in rerum nonnullarum contemplatione, ut *ideas* illarum uſquequaque verſet; relationes & circumſtantias obſervet; parteſque ſingulas curioſe adeo attenteque ſpeculetur, ut omnibus aliis cogitationibus aditum præcludat, nec animadvertat ea, quæ a ſenſibus tradita ſunt & impreſſa, (95) quorum alio tempore ſenſum haberet acerrimum: alia occaſione ordinem Idearum; quæ in ipſius intellectu ſibi invicem

---

(95) Hac ſuper re (*V. in appendice.*

cem succedunt, observat, licet earum nulli speciatim adhærescat; mox permittit, ut sine ulla propemodum animadversione ipsæ dessluant, inanium instar umbrarum, quæ nullam in animo speciem signant.

§. IV.

Hinc probabile est, cogitationem esse actum, non essentiam, animæ.

DIscrimen hoc intentionis, & remissionis, animi in cogitando, nec non & varios gradus, qui inter summam intentionem animi, & cogitationis propemodum vacuitatem intercedunt, unusquisque, arbitror, in semet expertus est. Si longius paulo progrediamur, videbimus, mentem in somno, quasi sensibus semet subtrahere, & positam esse extra impetum motuum in sensus organa factorum, qui alio tempore vegetas & acres ideas producunt. Ad hujusce rei fidem firmandam, haud opus est, ut illorum exempla memorem, qui noctes totas in somno transigunt, sine ulla tonitrus, aut fulguris, vel ædium quassationis sensione, quæ a vigilantibus clare satis sentiuntur. In hoc vero animi recessu a sensibus, solutum magis & incohærentem cogitandi modum retinet; quem *Somniationem* dicimus, & tandem altus somnus scenam penitus occludit, & omnibus phantasmatibus finem imponit. Hæc arbitror sua quemque ferme experientia docet. Hinc ulterius concludendum puto, quoniam mens, temporibus diversis, potest diversos cogitationis gradus induere; atque aliquando esse vel in vigilante adeo remissa, ut cogitationes habeat debiles adeo, & obscuras, ut a plane nullis haud longe absint, & tandem in arctioris somni tenebricosis recessibus omnium plane *idearum*

præsentiam amittat: quandoquidem, inquam, hoc de facto & experientia constat, rogo, an non probabile sit, *cogitationem esse actum, non essentiam animi*? quoniam agentium operationes facile intensionem & remissionem capiunt; rerum vero essentiæ ejusmodi variationem admittere, haud concipi possunt. Hoc vero obiter; examinare pergemus alios quosdam Modos Simplices.



CAP.



CAPITI XIX.

APPENDIX

A P. SOAVE ELUCUBRATA

ET AFFIXA.

REFLEXIONES

De Somniis, somniloquiorumque phænomenis, necnon somnambulis, delirio ac mania.

Qui posset mechanicas idearum excitationis origines enodare, haud ei difficile esset adhuc somniorum causas evolvere, atque explicare. In hypothesi, quam efformaveram (*Append. cap. X.*), hæc enodatio erat plana, atque intelligibilis: quando fibra sensibilis, seu propter incommodam situationem in somno susceptam, seu propter impulsum a corpore receptum, se hic atque illuc vertendo, seu propter strepitum extrinsecus venientem, seu denique propter quemdam internum motum, fortiter premeretur, tum fluidus in illa contentus præterfluendo, fibris, cum quibus hiatum tenet, suum impertiet motum, omnesque ideæ his fibris connexæ excitabuntur, & nos somnia habebimus. Defectus opportuni medii, in quo versamur, ut interna sensibilium fibrillarum natura, atque dispositio, cerebri potissimum, innotescat, erit fortasse, quod modum, ope cujus tam in somno quam in vigiliis ideæ renovantur, nos per longum adhuc tempus ignoramus. Qualiscunque vero sit, ego credere., audeo, quod ab indigitato non valde absimilis sit.

Ea omnia, quæ nos magis deprehendunt, & nos ad originem detegendam stimulant, somniorum novitates profecto sunt. Quamquam vero hac in parte nullam expositionem hactenus vidissem, quæ mihi in integrum sadisdet, veruntamen haud eam difficillimam credo. Ejusmodi novitates a nullo discrimine pendent, quod in mechanica idearum excitatione adsit, nobis dormientibus, vel vigilantibus, semper eodem excitantur modo,

Discrimen solummodo extat in eo, quod in secundo casu anima suam attentionem deliberate dirigendo (α) illis inhæret ideis, quæ tantum relationem tenent cum primario objecto, circa quod ea occupatur, & relictis reliquis, quæ celerrime evanescunt, in suarum idearum successione quemdam ordinem constituit. In primo cum attentio non sit deliberate directa, confuse rapitur ex una ad aliam ideam, & latis informes idearum successiones hinc efformantur (β). Hoc eo verum est, quod quoties attentio non est ab anima deliberate directa, nos easdem novitates experimur etiamsi vigilamus, & apertis oculis, ut ita dicam, somnia conficimus (γ). Quoties illis momentis, quæ *distractionis* vocantur inter ideas valde impares nos nosipsos videmus, & multoties absque modo quo catena percipiatur, vel regrediendo, detegentur vestigia quorum ope in easdem ideas pervenimus (δ)? Quæ

(α) *Vid. adn.* (oo) (ττ). *tom.* I.

(β) Cur potius quum non adsit præter simplicem perceptionem? Nobis dormientibus, organa languescunt pariter, nec animæ repræsentant, præter ea, quæ a motu sanguinis, ac spirituum moventur, & cum sint hæc signacula, effigies objectorum, objecta ipsa videmus. Ratio, propter quam confuse, ac impari modo id fiat, est inertia, qua languet corpus. Ut ordinate in eo omnia moveantur, oportet omnia, quæ in eo sunt, agiliora atque promptiora servari, secus resecato organorum nexu, atque motu, resecatur pariter nexus, e quo oriantur ideæ, de quo infra.

(γ) Maximum discrimen adinvenitur inter somnia, & phantasticas repræsentationes. Hæ fiunt per catenam idearum, quæ sunt tanquam in capsula repositæ, & a voluntate animæ sibi eas repræsentandi. Quando anima ipsum sequitur nexum non attendendo neque ad realitatem neque ad notas, quibus debet una ab altera sejungi, celerrime ideas percurrendo ad nexus extremitatem pervenit. Sed ordinatim pedetentimque pervenit, non ita dormientibus (*V. Med. nostr. de mem. &c.*). His Anima quasi ab objectis semota, eorum imagines, ut ita dicam, nequit videre, nisi e quodam mechanico motu excitentur, & animæ repræsententur. Hinc est, quod cum sit ratio excitationis non in voluntate animæ, ex eo quia, omnes languent fibrillæ neque possunt signa quædam animæ repræsentare, quibus adhæreat, & potentiam ad actum reducat, (108. *tom.* I.); sed in quodam peculiari impulsu, qui cum inordinate fiat, animæ inordinate imagines repræsentantur & somnia conficiuntur (β).

(δ) Hoc accidit duobus rationibus; I. ex eo quia ideas a simplici repræsentatione confectas anima non retinet, neque eas ad-

Quæ dicuntur *Castra aerea* communiter non sunt quam tot somnia. Veruntamen hæc somnia tempore vigiliæ confecta brevia sunt, impressiones enim, quæ ab extrinseco veniunt animum frequenter advocant a suis distractionibus, impelluntque, objectis, quæ in sensibus actualiter agunt, attentionem præstare. Quando librum lego, perbelle potest evenire, quod sensatio quædam ab extrinseco veniens, seu aliqua idea ab eodem libro mihi animo repræsentata meam alibi attentionem ferant, & somnia mihimetipsi suppeditent: at ejusdem libri præsentia, seu valida impressio, quæ mihi aliunde veniat, me e somnio excitabunt, & attentionem ipsi inceptæ lectioni revocabunt profecto. Si eveniet, quod diu hæc continuent somnia, erat ut plurimum eadem anima, quæ se libenter in eis destituet; idcirco veluti hoc interrupte sentiens aliquam in partem attentionem diriget, ita hæc omnia somniis somni tempore confecta magis erunt ordinata (*t*).

---

adnotat, vel languidius id efficit; quapropter diximus, animam posse cogitare, & peracta cogitatione, nihil de ea inveniri (107. *tom.* 1.). II. Quia spirituum energia deficit (*V. meditat. de memoria &c.*). Ope ejusmodi energiæ in integrum nobis anima ideas habitas repræsentat; quam ob rem ratione ipsius defectus, notas objectorum imaginum deficiunt, & anima eas distincte non percipit, ac unam cum altera confundit. I. Ex dictis patet quod anima quum cogitationum, idearumque seriem non retineat, progrediendo in repræsentatione nexus (*y*), ad extremitatem pervenit, & vigiliando somniat propemodum, nam ultra limites se constituisse sentiet, absque perceptione sui progressus, atque serierum principii. II. Quod unam idearum notam cum altera confundendo, unum pro altero objecto sumit, cum altero miscet, & Ens phantasticum, Ens, ut dicunt *rationis*, vel ut cum *Soave* loquamur, *Castra Aerea* conficit. Si vos ipsos perpenditis, invenietis profecto, hoc evenire potius in statu languoris, ut ægrotantibus, vel post intensas meditationes, quibus spiritus depauperantur; de quo luculentius infra.

(*t*) Potius ex ordinato motu sanguinis, spirituum, organorumque tempore vigiliæ existente. Quando vigilamus, organa nostra, quot quot sunt, in actione extant, non ita dormientibus. Ex hoc fit, quod major requiritur vis ad ipsa organa movenda vel e suo munere deturbanda in vigilantibus, quam in eis somno profundo correptis; per consequens facilius excitantur ideæ, ordine sejunctæ tempore somni, quam tempore vigiliæ, ut meditantibus patet.

Verum somnia hæc multoties ordinem tenent, ita ut non defuerint qui somniando longas arithmeticæ algebræque operationes effecere. (φ) Id evenit quando una idearum, quæ excitantur, sibi primum attentionem rapit, & domina, ut ita dicam, evadit. Hæc non sequirur tunc, quum ideas, quæ ad primam proxime pertinent, & ceteras non respiciendo, sinit, eas successive evanescere (ϑ).

Ideo mirum non est si in somniloquis, vel somnambulis multoties operationes observantur, & audiuntur ratiocinia ita ordinata, non secus ac si e deliberata attentione dirigerentur (ι). *Dominicanus* quidam aliquibus abhinc annis maxime hac in parte celebrarur. Præcisa relatio, quam P. M. *Dominicanus Pino* ejusdem Ordinis an. 1770. edidir, ut singularem ex eis qui hoc in genere observati fuissent, nobis eum repræsentat. Duo potissimum me deprehenderunt quando dictam descriptionem perlegi. Una ex eo quia sua, ut ita dicam, dormiens persona videbatur ad rempus dunraxat determinata, quo scilicet in seculo vixisset „ Si cum eo loquendo, inquit *Pino*, nomine Abatis ad„ vocaretur, & verba fierent de casibus ipsi occursis quando secu„ larem vitam in Taurino degebar, vel dirigerentur ad illud tem„ pus, sic ordinate respondit, ut vigilare videretur: Si verum „ de eo quod illi in Religione evenisset interrogaretur, ut *ex. gr.* „ ubi tirocinium effecisset, an *Gratiarum* Conventus (*quo tum* „ *erat*) ei placeret, vel Mediolanum in deliciis haberet &c. „ nobis, ita dicam, tenebræ fiunt, eis scenæ evanescunt. „ Vel respondit, nos vere amentes esse, nunquam enim se „ fratrem fieri, somniavit, nec Mediolanum unquam respexisse, „ etsi voluntatem haberet, illuc ire, vel obmutescit, stu„ pidus evadit, vel ut pisces, videtur, is opio esse sopo„ ratus (*pag* 63.) „. Altera res est, quod excitatus non haberet minimam reminiscientiam de eo, quod dormiens effecerat, & iterum somno correptus, recordaretur de eo, quod ipsi in somno

(φ) Fateor, mihi hoc accidisse. Somniando, argumenta confeci, & quod mirum, retinui. Modum, quo id fiat, inferius examinabimus.

(ϑ) Nulla phænomeni enodatio hic adest. Anima tum rapitur cum attenrione in ideam excitatam, & sequirur ideas ad primum proxime pertinentes. Quid ad rem? qua ratione id fiat? Hoc est potius enodandum, non actus mentis. At nos inferius hoc disquiremus.

(ι) Mirum profecto. Ex quo oriuntur ratiocinia dum omnia torpent? Qua directione progrediuntur? Cur non interrumpantur ideæ? his de omnibus disputabimus.

no aliter evenisset. „ Si ei replicabitur, subdit idem Auctor, „ sermocinatio cum eo aliter dormiente habita, & dicetur, „ Advenam alterius diei causa videndi eum regressum esse, sta- „ tim recordatur, & unum cum altero somnio connectendo, si- „ gna dat, claram memoriam de eo tenere (*pag* 63.) „ A per- „ sona fuit edoctus, sic alibi ait, cantiunculam theatralem „ canere, in qua erat pars quædam alterius similis quam, se „ dormiente, non paucis transactis diebus apprehenderat, agno- „ vit statim eam, dixitque, *hæc cantiunculæ pars est & ejusmo- „ di alteri similis* & repetendo ambas, ac simul eas comparan- „ do, obstupuerunt adstantes, quod discipulus dormiens adhuc, „ advertisset quod Magister excitatus non observavit (*pag*. 87.) „

Hæc duo phænomena mihi curiositatem excitarunt rationem inquirere, & visus sum eam reperisse. Quod Somniloquus postquam excitatus erat non amplius memoriam haberet de eo quod dormiens effecerat, ita ego conceperam. Jam observavimus, ideas non excitari quam ope associationis. Si modo de nostris somniis recordamur, hoc fit, ex eo quia expergiscimur eorum progressu perdurante, vel in ipsorum fine, adeo ut nexus idearum in somnio extantium annectitur illis, quas nos habemus vigilantes; & ex unis ad alias facili modo ascendere possumus (k). Somniloquus, de quo verba fecimus non expergiscebatur econtra nisi difficilius, & postquam scena acta erat omnino. „ Etsi, dictus *Pino* ait, studens dormiendo operatio- „ nes efficiat, adeo ut videretur, esse vigilans, veruntamen „ eum revera excitare in initio opus difficillimum fuit . . . . „ Circa eum posuere (*socios suos*), & omnes possibiles modos „ concutiendi illum pertentarunt. Demum plenis clamoribus, „ repetitis concussionibus, impulsibus continuatis per horam & se- „ missem se excitavit demum, & ut homo confusione plenus „ remansit (*p*. 17.) „. Cum esset ergo in eo catena idearum in somno habitatum prorsus interrupta, & per nullum anulum ideis vigiliæ conjuncta, mihi videbatur, mirum non esse, si ab his ad illa ascendere nequiret.

Verum circa explicationem hanc aliquid dubii mihi venit causa illius, quod Historicus deinde refert. „ Adinventus est „ tandem modus, inquit ille, quo leniter expergisci posset. „ Sufficit ei dicere, vultum, oculosque sibi perpolire, ex eo „ quia aliquantulum illi lippi sunt, quoniam enim ad inve- „ niendam pelvim incedens, & eos frigida lympha pluries abs-

ter-

(k) Nos id diverso modo explicabimus. (*V. in meditatione sequente*).

„ tergens, brevi excitatur, etsi paulisper stupidus remaneat (*) „. Nunc si actu quo se abstergebat, Actores vigilantes scenam inceptam secum semper continuavissent usque ad suam integram excitationem, ideæ somni cum vigiliæ ideis potuissent conjungi, & impossibilitas in eo observata ex his in illas ascendere, amplius dicto modo non potuisset explicari.

In hoc dubio, ut de facto certus sim, ego ut ait Pater *Pino* ad eum, qui præcipuus hujus machinæ dormientis fuit motor (a) recurri, & gavisus sum audiens, quod idearum catena semper revera omnimode interrupta remanebat. Sicuti juvenis pœnam permagnam perferebat cum vidisset se in suo somnambulismo deprehensum, quando ipse expergisci incipiebat, adstantes omnes se occultabant, eum solum relinquentes, vel si aliquis remanebat, usque dum non excitaretur, tacitus morabatur, & se illuc in instanti perventum esse, simulabat. Experti fuere adhuc, sermones continuare aliquoties; sed vix aquæ frigidæ in oculis impressionem sensit (impressio tam ei sensibilis, ut quando inceperint cum ea illum aspergere, pugnos, ac calces dabat, dicens, quod sibi saxa jactaverant), hæc per se tantum omnem idearum catenam interrumpebat, & obmutescebat. Ergo dubitari nequit, quod defectus connexionis inter Ideas somni, & vigiliæ non esset causa, qua expergefactus non amplius memoriam retineret de eo quod dormiens effecit (λ).

Explicatio hæc alteram evolvit partem, nimirum quomodo eveniret, quod unum cum altero somno annectendo, recordaretur in uno quod in altero effecerat. Quoniam enim cum denuo illa idearum series progrediebatur, qua ille in seculari statu, ac in Taurino se credebat adhuc, cum renovaretur, ut altero exemplo ego utar, physica impressio ejusdem suppositi cantoris vocis, ejusdem instrumenti, cum quo cantiuncula modulatur, ejusdem actus cum quo repetebat lectionem, ejusdem vel similis cantiunculæ, palam fit, quod excitari debebat adhuc cantiunculæ idea

(*) Qualis nexus cum ideis antecedentibus adinvenitur hic? Qua ratione memoriam deformitatis a lippitudine effectæ potuit hic retinere, ut currat ad eam sibi rollendam? Juxta *Soave* deberet, vel non respondere, vel nullam diligentiam adhibere.

(a) Pater Lector Veneroni.

(λ) Quoties, si quidam deprehenditur, stupidus observatur? Idea somnabuli per eum aliam imbecillitatis ideam excitabat fortasse, per consequens deprehensus, ipso actu obstupescebat, & memoria facti illi non remanebat. Hac super re inferius.

idea, quam eisdem circumstantiis cecinerat: quo posito mirum non est, si similis cantiunculæ nota cum esset, eam internovit, ac indigitavit.

Circa primum phænomenon ego dubitavi, quin interrogationes suum religionis statum respicientes semper fierent postquam ejus imaginatio prætergressa erat in ideas ad secularem statum pertinentes. Nunc in ejusmodi casu nimis clarum est, quod cum interrogationes de Mediolano essent, atque de Gratiarum Conventu suæ actuali positioni impares, vel ille debebat credere illas tanquam aliis directas, vel in anticyram mittere, eos qui easdem proponebant (μ). Ego argui, quod si aliquoties ab his interrogationibus initium habuisset scena, sua imaginatio diverse dirigeretur, & his, ut aliis, responderet: Volui idcirco in hoc articulo me turum reddere, & inveni non frustra argumentatum. Somnambulismus ab intensis convulsionibus incepit, quibus vigentibus, fuit auditus pluries *Johannem* appellare. Fuit detectum, hoc nomen esse famuli, quem in Taurino tenuerat, cujus forsan ideam & nomen eædem convulsiones excitabant (ν). Expertum fuit, famulum tanquam præsentem effingere, atque respondere, & vidimus, eum responsionibus annuere. Excogitatum fuit, ut ipse loqueretur, Famulum, vel Fratrem, ceu personam illis temporibus suæ cognitionis supponere eas, qui secum loquebantur. Non incepimus quam sero ad scenam mutandam, & fuit tum, cum primo actu respondere inchoavit, in rebus ad regularem statum pertinentibus interrogatus, ut ipse Pater *Pino* pertentavit, dicens (*p.* 65.) „ at postea visum fuit, „ se meminisse aliquoties fuisse Religiosum „ & clarius in Appendice (*p.*6.) „ in præsentiarum enim sermones ad statum suum „ regularem spectantes faciliter tenet, id quod difficilius ali- „ ter obtineri poterat. „

Reliqua phænomena in eo observata valde conveniunt cum illis, quæ in aliis somnambulis observata fuere, & cum principio mechanicæ idearum excitationis, mihi videtur, facilius posse enodari. Est adnotandum in primis, quod in somniloquio ille fuit, ita dicam, paulatim edoctus atque perfectus. In initio nisi homo intensissimis convulsionibus correptus non observabatur; contortis oculis, ore spumescente, dentibus frendentibus, contorsionibus haud raris ille respiciebatur. Convulsiones aliquam ideam vividius excitabant, consequentia erat e lectu-

(μ) Cur potius anima non percipiebat, ex eo quia suas exerat vires in phantasmatis, quæ sibi illo tempore adhærebant?

(ν) Hoc modo omnia phænomena explicamus. Quid obstat, ut semper *fortasse* dicamus.

lectulo impetuose surgere, deambulare, & secum ipso aliquod verbum proferre. Ab aliis interrogatus, nullum signum, se aliquid sentire, suppeditabat; & id probabilius erat, nam attentio ab ideis, quæ actualiter imaginationi aderant, occupata, levem impressionem paucorum verborum, quæ nullam tenebant cum his ideis relationem minime considerabat*(ω). Actu quo famulum appellabat, & in se fixa erat ipsius idea, unus, ut famulus esset, responsum dedit, incepit ille alterius verba auscultare, vel potius attentionem præstare, nam ad actualem ideam relationem tenebat. Ab hac ad ideas Abatis status, quo erat temporibus illis: Fratris cum quo vitam degebat: studiorum, quibus operam navabat: advocationis, quam frater exercebat &c. facillimus erat transitus. Hinc est, quod sermonibus ad hæc omnia relatis, ex eo quia analogiam tenebant cum ideis, quas imaginatio excitabat, attentionem poterat facilus præstare, vel potius hæc poterant sibi eam revocare, & auditus in eo exercebatur (ο). In primis vero paucis ex his sermonibus respondebat, & obscura responsa dabat. Modo quò idearum nexus his de subjectis exercitio multiplices fiebant, de eisdem promptiora atque clariora responsa evadebant, donec ita in iis expeditius, at consecutive ratiocinia conficiebat, non secus ac homo excitatus. Quod analogia ejusmodi sermonum cum actualibus ideis ea esset, quæ ei sensibiles reddebat, vel eisdem suam dirigebat attentionem, palam fit ex eo, quod si fortiter auriculis ejus quisquam clamabat, tum ille nullum dabat sensationis signum. Hoc casu quod nobis evenire videmus quando profunda meditatione detinemur, ut de Archimede dictum fuit, ei accidere debebat (π).

Exercitato auditu, visum exercere, pertentavere: & in hoc paulatim quoque tam ulterius fuit perventum, ut quamlibet scripturam legeret, tarochis jocaret cocolatam coqueret, atque pararet &c. (*V. App. P Pino*). Etsi apertis oculis erat, veruntamen videbatur is, nihil in initio videre,

---

(ω) Qua ratione anima aliis ideis occupata impressiones cæteras non sentiebat? Hoc est enodandum. Nos in meditatione id enodare pertentabimus.

(ο) Nihil hic evolvit *Soave*, etsi id facere credat. Semper petendum est, qua ratione sermonibus internis ideis respondentibus attentionem præstet? hac de re nos aliquid dicemus.

(π) Adest tum gradus eminentioris abstractionis, qua anima tota in unum occupatur objectum. In homine vigilante principium abstractionis est voluntas, at in homine dormiente ecquod est? En quæstionis cardo. Nos id pertractabibus infra.

dere, objecta enim præsentia cum nullam relationem haberent ad ideas animo extantes, ejus attentionem minime appellitabant. Inceperunt eum in consilii communionem vocare, objectis ad internas ideas relatas, & inchoavit eis attendere, ac videre: verum non potuit nisi diu post, magnoque exercitio se in hoc augeri, atque perfici. Et sicuti de auditu, dum ille distincte, adhuc submissis vocibus, auscultabat sermones relationem ad internas ideas habentes, non audiebat clamores, etsi elatiores, si ad eas non pertinebant: ita de visu, actu quo poterat internoscere minimos characteres scripturæ ad actuales sermones relatæ, non distinguebat, nec demonstrabat, videre infinita alia objecta extantia circa seipsum, etsi sensibilissima essent.

Tactus, ut latior sensus, ut continuæ ejus impressiones sunt, & somnambulo graviores, ille est, in quo citior fuit. Huic, ante visus inchoationem debuerat audaciam, qua ex uno ad alium locum se ferebat. Idcirco in hoc quoque debuit quamdam lectionem apprehendere, ex eo palam fit, quod in initio nunc in januam, nunc in parietem se impellebat, in loca sibi ignota conductus adhuc inpofterum se nec dirigere, nec opportunius internoscere sciebat, sæpius imprimis tentabunda manu, ac pede incidebat. Post longum exercitium in notis locis, ille cum permagna securitate, adhuc ligatis oculis, deambulare incepit non secus ac vigilans apertis oculis efficit.

Hujus ratio eadem est, qua cæcos videmus in locis, ubi plenam experientiam habent, libere, audacterque ambulare. Longo exercitio per datum locum vagando, praxim habitualem acquirit homo, quapropter ab uno ad alium locum proficiscens, habitu directionem sumit; passibus factis distantiam habitualiter metitur, huc illuc se vertit, inclinat quo oportet, scalas descendit, ascenditque, januas prætergreditur &c. aliquoties se in objectum impellit, & impulsus hi, cum instantanea, præcipiteque attentione indigitant ei situm, in quo est & attentionem renovat. Ut continuet in illa, & pericula evitet, pes manusque eum edocent, auxilianturque. Quoties nobis accidit, per campos incedentibus, per asperas tortuosasque vias deambulare sine ullo errore, potissimum si nobis frequentiores fuere, etsi millenis cogitationibus mens abstrahatur, & oculi vagantes sint continuo circa millenas partes, vel libro, epistolæque figantur? Interdum nimis clarum est, quod in his casibus neque reflexio est, nec oculus, qui nos dirigat, sed pes & habitudo duntaxat. Usque dum pes idem sentit planum, incedit directe; quando ultra marginem it, & in declinationem, aut elationem incurrit, se retrahit ille in eandem viam, & in ea perdurat. Sic sæpesepius nos longas vias percurrimus non videndo neque sinuositates,

ne-

neque revolutiones. Hoc principio ego non nimis laboro in concipiendo, qua ratione somnambuli observati fuere in ædium corona incedere, vel in tectorum margine absque casu. Si actu quo nos in via indicata deambulamus, solum ab ipsomet pede ducti, a lateribus deficeret solum, viamque insulatam relinqueret, nobis non advertentibus, nostrum non deturbaret iter, & nos in somnambuli casu essemus. Nos conturbaremur profecto, si accidens inopinatum internoscceremus. Subiens tum habitudini reflexio, & terrorem secum ferens nobis directionem, atque æquilibrium tolleret, & nos inevitabiliter præcipitaremus; non secus ac de quolibet somnambulo narratur, qui ab incauta pietate in præcipitii margine excitatus a timore deprehensus nescivit se amplius dirigere, & cecidit (ψ).

Odorum, saporumque impressiones sunt, quas somnambulus sentire minora signa dedit. Hoc idem demonstrat, quod revera non eas sentiebat, ex eo quia attentio ejus non sufficienter eisdem erat ab actualium idearum serie determinata. Enim vero cum in una vespera ex se ipso tabaccum expetiisset & eo utendo, signum evidenter dedit, planam sensationem eum habuisse, dixit enim, *questo sì ch'è tabacco miglior del mio*, & alterum expososcit (*P. Pino p.* 62.); aliunde nos scimus, quod *servus a pedibus Vicentinus*, de quo Pater *Calogerà* loquitur (*V. t.* 24. *suor. Opusc*), somnambulus manducabat, bibebat, frequenterque sumebat tabaccum, & somnambulus in Enciclopedia relatus cum expetiisset poculum spiritus vini, & cum sensisset, ei simplicem aquam dare, agnovit eam, respuit, & primum efflagitavit.

Phænomena potissima mirabilis somnambuli, de quo hactenus locuti sumus, & de somnambulis in genere, satis ex dictis mihi enodata videntur. Observationes, ac experimenta in eum magna sagacitate, atque dexteritate fuere confecta. Quod denuo pertentati vellem, esset cum eo sermones continuare, & experientias in alios sensus, usque dum excitaretur, adeo ut nexus idearum somni posset cum vigiliæ ideis conjungi. Ad hoc verum oporteret, relinquere eum ut gradatim ex se ipso excitaret. Persuasum eo, quod ille suorum somniloquiorum recordaretur, ut nos de nostris recordamur somniis, & historiam fortasse ex ore suo haberemus. Historia quæ esset profecto utilis.

In hoc me confirmat exemplum duorum, quos ego internosco; isti cum propter acutam febrim delirium per plures dies sustinuis

(ψ) Non est idem profecto. Tempore somni sensus languent, non sic in vigilia. Cæteroquin, somnambulus se dirigit ad unam ideam, nec efficit quam id quod ejusmodi ideæ respondet, non ita abstractione correptus, & ambulans. Inferius enodabimus.

nuissent, hac gradatim sedata & in se reversi, distincte scivetunt dicere quod in delirio effecissent una cum rationibus, quibus se egeraut. Quod delirium non sit quam somni somniique species, ex dictis colligi sat potest (ρ). Inter delirantem & somniloquum discrimen non extat præter diuturnitatem, & ordinarie majorem vivacitatem, qua in primo ideæ excitantur (σ). Idem mechanismus est, qui in uno ac altero operatur. Delirans utitur adhuc nonnullis sensibus, visu potissimum, auditu, tactuque; at ille eodem modo utitur imperfecte. Dictus somniloquus personas videbat, at actu in quo non habebat circa se præter Regulares sui ordinis, credebat famulum fratremque ei adesse (τ). Eodem modo delirantes personas vident, & audiunt voces, at credunt alios diversos videre ab iis, quos realiter vident. Hoc fit, ex eo quia circumstantium repræsentatio non offert eis quam tot indeterminatas hominum figuras. Eorum attentio ab ideis ab imaginatione excitatis vividius occupata, non habet locum se adhærere, & observare ac distinguere minimas determinationum differentias. In his figuris, dicam, hominum generalibus, ideas personarum, quæ imaginationi adsunt, ipsi applicant, & credunt easdem personas eis adesse (υ).

Idem in amentia evenir, quæ non est quam longius habitualeque delirium. Quinque dissertationes ingeniosissimas Domini *Beausobre* hoc de subjecto habemus (*V. Mem. dell'Accad. P. di Prussia*). At ego credo omnia sua ad paucissima verba reduci posse, cum dico tantum, amentiam prærer longum delirium, longum longum insomnium nihil aliud esse (ξ). Valida animi fixatio in una vel compluribus ideis ab imaginatione excitatis, quæ efficit, ut ille nequeat debitam attentionem præstare objectis, quæ cir-

(ρ) Quo modo dici queat, non video.

(σ) Maximum adest profecto, ut infra videbimus.

(τ) Si pro fratre, famuloque Regulares habebat, non utebatur visu: alioquin internosceret Regulares non esse fratrem, nec famulum.

(υ) Si vobis hæc sadisdet ratio, non perbelle eam perpendistis. Quid magis fictitium atque inverisimile? Cæteroquin quando id pro certo teneatur, dicat quæso, qua ratione id accidat? Ulterius. Si repræsentatio obscura est, ex eo quia indeterminatas figuras repræsentat, cur objecta non obscure internoscit, & pro ejusmodi tenet? Si provenit ex minimarum determinationum confusione, cur multoties quisquam internoscit objectum, & tantum in judicio delirat?

(ξ) Insomnium vigilantium a Pitcarnio definitur,

circumstant, & internoscere ut in se sunt, est illa quæ virum stultum constituit (αα). Discrimen inter eum, & delirantem, somniloquum ac simplicem somniantem hoc solum est, quod in duobus ultimis, sensibus e somno liberatis, impressiones simul conjunctæ, quas eodem tempore in eis præsentia objectorum efficit, vim idearum, quas imaginatio excitaverat, superant, & in se revertunt: in secundo harum idearum vis superat externas impressiones, usque dum ægritudo perdurat, quæ internas fibrillas majori vi qua impressiones faciunt, agitando ad illas potius quam ad istas vividius attentionem dirigit; sed cum ægritudo compescat, vel desinat omnino, externæ earum compressiones superioritatem nanciscuntur: contra in primo vis idearum ab imaginatione excitatarum vel continuo perdurat, vel si aliquoties retardatur, quo casu dicitur lucida intervalla stultum habere, ocius denuo ad pristinum redit (ββ).

Hæc constans internarum idearum vis vel a causis physicis, vel a causis moralibus pendere potest. Longa vel frequens repetita fixatio in una vel pluribus ideis, potissimum ubi oriatur a violentioribus animi pathematibus est multoties quæ efficit, has ideas vividas evadere, promptissimasque excitandas esse, adeo ut vel præveniant attentionem, in examinando actuales extrinsecas impressiones, vel vim suam superando impediant, eam in illis applicari (γγ). Multoties inordinatio physica in humoribus, seu in


(αα) Vel vident objecta circumstantia, vel non; si prius, objectis præstarent attentionem, non secus ac nos in aliis ideis occupati; viderent ergo, ut nos sani, objecta indistincta, vel obscura, nec essent vesani, nam delirans dicitur ille, qui a communi sensu recedit cum obstinatione. Si posterius, Archimedes ipse, & qui profundo studio se applicant, vel abstractione sunt correpti, delirantes essent. Quid hoc absurdius?

(ββ) Esset a Soave petendum, quid intelligit per vim idearum? integra repræsentatio objectorum? Intentio animæ in sibi repræsentando imagines, mutationes, qualitates, signa objecta absentia repræsentantia? Si primum, cur ergo alterantur objecta? Si ait per attentionem non præstitam, ad dicta redeamus (α). Si secundum, quænam esset distinctio inter abstractos, & delirantes?

(γγ) Si non adest quam idearum vivacitas, nulla alteratio videretur. Cæteroquin si concedetur adhuc ex hac idearum vivacitate pendere nonnullos melancholicos actus, ut revera pendent, esset potius dicendum, cur hæc vivacitas adsit, e quo pendeat? A fixatione animi? Nequaquam. Secus esset in eis, qui

in cerebro proxima est causa, horum effectuum. Dominus *Mechel*, multis amentium cerebris accurata anatome perpensis, duriora nonnulla, aridiora, ac specifice leviora sanis, nonnulla alia a sanguinis lymphæque extravasatione occupata adinvenit (δδ).

Verum sicuti fixatio hæc ad aliquas duntaxat ideas determinari potest, & vitium organicum ad unam tantum cerebri partem limitari, amentes nec in toto, nec semper, ejusmodi sunt; at sæpius in eo quod est fixationi vel vitiatæ parti extrinsecum ita extrinsecas impressiones sentiunt, & sic in eisdem ratiocinantur, ut perfecte sani videantur (εε).



R ME-

qui intensitati student. A cerebri fibrillis tensis, ac magis aridis? actu quo intervalla lucida extant, mutantur ne ipsæ fibrillæ, mollioresque evadunt? infra videbimus.

(δδ) Per consequens idem non est amens, delirans, somniloquus, ac somnambulus, ut mox asseruit. Si postea quoad animæ actum id dicere intellexit, esset etiam idem vigilans ac sanus.

(εε) Nos meliori modo, quo possumus, de his omnibus pertractare conabimur.

MEDITATIO

JOHANNIS LEONARDI MARUGJ

De Somniis, somniloquis, somnambulis, delirantibus, amentibus ac ecstasi correptis.

IN hac perquisitione, ad quam libenter accedo, non expectate, me facta narrare, neque de rebus peractis ab auctoribus disserere. Nostra methodus est, scribere, quod novum videtur, nec tanta animo meo patientia est, id quod a cæteris fuit dictum, vel excogitatum repetere; si casus daretur, me auctorum doctrinas adducere, semper evenire videtis, si mea animo perpenditis æquo, causa præstruendi principia, quæ solide demonstrata putavi, ne inutili demonstratione vos occuparem, non vero me ut meas repræsentantem, recoctam crambem recoquere. Nos ergo de phænomenis hic indigitatis simpliciter meditationem tenemus, & juxta mea, a principiis solidis, nec ulli quæstioni obnoxiis, proficiscentes veritates eruere, atque distinctius ea enodare, pertentabimus.

Quod se nobis primum repræsentat somnium est, & ex eo quia tempore somni efficitur, somnum ipsum imprimis quodam rapido modo meditamur. Respicite Hominem somno correptum. En sui musculi in motibus exercendis destinati, inertia omnimoda deprehensi, nullum actionis vestigium pandunt. Animam quasi a corpore sejunctam non amplius sensibus præesse, objecta enim neque per tactum, visum, olfactum, cæterosque sensus animæ obversantur, videtis. Functiones animales, quotquot sint, evanescunt, neque anima potis est, suum dirigere corpus, quapropter hoc observabitis, tanquam ab ea neglectum, & suæ mechanicæ vi tantummodo donatum, in nihilo illud respicere (a). Sumite pulsum: ictus rariores invenietis & respirationi apprime respondentes turgidos plenioresque evadunt, prout respiratio percipitur. Quidquid ergo in eo est a mechanico motu oriri videtis,

(a) Quapropter Ovidius, de somno cum loquatur, sic ait

Quo cubat ipse Deus membris languore solutis.
(*V. lib. XI. Metam.*)

tis. Quo interim retrahitur anima? Cur suæ existentiæ adminiculum perinde nullum invenieris? Unde tanta stupiditas, atque motuum abolitio?

Duo in vigiliæ statu consideranda sunt, animæ actiones in corpore, e quibus motus spontanei oriuntur, & mutationes ab objectis externis organis nostris excitatæ, & ab animo perceptæ, e quibus fluit sensatio (b). Si attendatis ad primum, e quodam imperio in corpus a Deo animæ largito: si ad secundum a quadam organorum dispositione in suscipiendis impressionibus, dependet. Imperium subditis deficientibus renitentibusque ruit, depravaturque profecto; modis, quorum ope actionem corporum imprimentium organa suscipiant, extinctis, vel diminutis, extinguitur pariter ac diminuitur ipsa dispositio. Quoad primum, cum tempore somni musculi flaccescant, organa sensoria, quot quot sunt, relaxentur, munus, quando adhuc animus imperare, credamus, profecto non exercent. Quid mirum ergo, quod anima non a corpore soluta, nullum suæ existentiæ signum in somno pandat? Quot videris, homines paralysi laborantes, quibus membrum aliquod animæ voluntati eorum non subjicitur? At paululum perpendite actus animæ in voluntate confectos.

Vult, imperat: semotis hic organis imperio renitentibus, nudum voluntatis actum consideramus Ut conficiatur hic, requiritur, objecta percipere, relationes adnotare, resultatum arguere, bonum vel malum argumentari, atque momenta perpendere. Si hæc omnia deficiunt, necessario deficit & ipsa voluntas. Quid vellet profecto, si nihil percipitur? Quid imperabit, si nihil cupit? Anima repræsentationis actum conficit, signa ab objectis extrinsecis, in cerebro repositas, quodam imperceptibili modo cernendo (c), & ut diximus per se, & in se relicta nisi potentiam ad percipiendum non habet, & actus perceptionis signa animæ obversata supponit. Si ita se res habet, facili modo concipi posse credo, tempore somni, animam inertia quadam deprehendi, nec in ea inesse præter potentiam repræsentandi res. Cum itaque, depressa, atque recondita signa extent, ex eo quia fibrillæ, quibus adhærent, & moventur, necessaria tensione carent, & flaccescentes ab animi præsentia aufugiunt, vel debito modo non adsunt, anima nihil videbit, nihil percipiet, nihil vellet, nihil denique imperabit. Quoad secundum, facillime concipitur, quod, ablata quadam resistentia sensorii communis, nulla efficitur impressio. Diximus ad impressionem requiri reactionem, si igitur reactio hæc deficit, etsi extet actio ob-

(b) *V. adn.* 8. 92. *tom.* 1.
(c) *V. adn.* 108. *tom.* 1.

objecterum, nulla tum est mutatio, nullusque sensus (d). En ratio, qua hominem dormienrem tanquam exanimem illic stratum videtis, & nullum animæ imperium, nullam sensationem, nullamque voluntatem in eo observatis. Ex hoc ad aliud phænomenon progredimur, sed ex dictis oportet primum quædam corollaria eruere.

I. Si propter quoddam accidens, a causis intrinsecis proveniens, quædam fibrilla amovetur, & debitum tonum nacta, animæ unum, vel plura signa quæ in hac inhærent, repræsentet, tum, circa illud unicum signum, vel tantummodo circa repræsentata sua fungit munera, & juxta ea percipit, dijudicat, vult, impetat.

II. Si homini dormienti objectum externum impressionem afferr, & organum in actione ponat, ita ut denuo nanciscatur tonum, & animæ suam præsentet mutationem, tum anima percipit, & e somno excitatur homo, si majoris momenti est tonus fibrillarum, potissimum si per consensum plura simul roborare queat.

III. Si omnes fibrillæ languent, nec sint, præter unam, vel saltem paucissimas, ab accidente intrinseco, ut diximus, commotæ, & in statu tensionis positæ, tum anima ad signa a fibrillis ipsis repræsentantia suam dirigit attentionem, nec ea cum aliis confundit, desunt enim reliqua.

IV. Si modo una, modo altera fibrillarum excitatur, & signa in se extantia animo repræsentet, modo unum, modo alterum objectum a signis repræsentatum percipit, & celerrime si ex una ad aliam fibrillam excitatio transit, celerrime una amittitur perceptio, dum altera exoritur.

V. Si plures partes diversorum signorum unico instanti animo repræsentantur, tum anima eas nude percipiendo, miscet perceptiones, omnia confundit & ad unicum objectum refert.

VI. Si nova exurgunt signa aliis simillima, etsi nullo modo externis objectis respondeant, anima ad objecta externa, refert, & pro realiter existentibus percipit (e).

VII. Si ejusmodi deleantur signa, ut nullum vestigium remaneat, quacunque causa fiat, seu repente, vel paulatim, evanescant, pariter paulatim, vel repente, evanescunt objecta, & anima nullum signi residuum percipiendo, nequit perceptiones habitas commemorare, atque earum reminisci (f).

VIII.

(d) *V. adn.* αα. *tom.* 1.
(e) *V. adn.* 142. *anal. intell. hum. tom.* 1.
(f) *V. adn.* 107. 108. *tom.* 1.

VIII. Demum si ita spiritus deficiant, ut nullo modo, millenis, ita dicam, impressionibus, fibrillæ possint tonum nancisci, vel hic renovatus denuo collabescat, tum nullo signo animæ repræsentato, nihil animus percipit, vel altero momento collabescendo perceptio habita evanescit. His præstructis, censeo clariori, faciliorique modo omnia hic pertractanda, concipi posse, & phænomena enodatius evolvere.

Videtis modo qua ratione I. post diuturnos labores, intensissimasque cogitationes somno profundiori corripitur homo (*g*).

II. Remotis objectis, quibus fibrillæ moventur, & in tensione continuantur, reconciliatur somnus; sic perdurando magis somnus (II) perdurat (*h*).

III. Modicum frigus (*i*) atque humidus aer adaugeat somnum, & le-

(g) Spirituum defectus laboribus, meditationibusque facto gigni majore fibrillarum inertitur, per consequens magis resistunt objectorum impressionibus, & difficillime homo excitatur.

(h) Ex eo quia non tenduntur fibræ, quibus sunt signa, imaginesque repositæ.

(i) Calor nimius fibras irritat, movet humores, cursus sanguinis adauget, non ita frigus. Est adnotandum quod in expeditione ad insulas maris Sud ab Anglis facta cum in cacumina montis se ferrent Dominus Pankc, Forster, Cook &c. magno frigore, ac nive percussi somno perinde omnes obruebantur. Quod mirum, Dominus Pank prædixit, cum essent in apice montium, ubi magna nivis copia erat, omnes somnum deprehensurum, sed magno animi conatu oportere expellere eum, secus ad æternitatem usque dormituros; hoc prædicto, fuit ille ante cæteros somno correptus, sed cum valde eorum interetat, ne periret, excitabant continuo, petentes ei quod ipse prædixerat, nimirum ne periret, at ille rogabat obsecrabatque, se perparum in somno relinquere; non fuit auscultatus, & mortem effugit, quando decem milites dormientes periere (*V. Viagg. del Cap. Cook*). Frigus humores retardat, ultra limites tendit fibras, quapropter obturantur minima vascula, Encephalus compressus munus suum nequit fungere, & anima quasi recondito loco semota signacula cernere nequit. En quod Offmannus ait: *Nam dum exterior habitus constringitur ut humores per eas libere decurrere nequeant, necessarium est, ut interioribus illi magis coacerventur, & detineantur, vasorumque illorum diametri ultra solidum distendantur; Hoc vero cum inter alias partes capiti etiam accidat, cujus arteriæ cerebrum subingressæ tunicam suam crassiorem, & contractilem deponant nihil mirum videri debet, si illis ultra modum in-*

far-

& lenis susurrus gratus, assiduusque, ac blarde tinnulus eum appellat (*k*).

IV. Qui victu blando emolliente, potu farinoso, suboleoso, humectante, demulgente utuntur, magno fruuntur somno, ut & qui

---

farctis. & nervorum principia prementibus, sensuum torpor, & ad somnum fere invincibilis inclinatio suboriatur in aliis tam subitanea sensuum ac motuum abolitio, quam apoplexiam dicimus, consequitur. Probe observavit AVICENNA qui summe refrigeratos, tanquam narcotico sumto, doloris expertes mori docuit: ipseque vidi in talibus vere insuperabilem propensionem in somnum, ut omnino vi propelli, & ad motum incitari vitæ conservandæ causa debuerint (*V. tom IX. suppl. de morb. peregr* §. *X.*). Volo hic attendi ad gradus frigoris, frigus ultra quosdam gradus hoc efficit, non ita intra limites. Comparari potest cum calore. calor ante gradum 36. Thermometri Reamur fibras relaxat, ultra hunc gradum easdem corroborat (*V. Malatt. stat. tom.* 1. *ann.* 325). At de hoc satis.

(k) Sonus leviter fibras subtilitare facit, & mutationem in eas inducit, quapropter paulatim collabescendo sono eodem dormit homo: Sic Virgilius

Hybleis apibus florem depasta salicti.
Sæpe levi somnum suadebit inire susurro (*V. Ecloga* 1.)

Lucretius ita:

Multa siti prostrata viam per. proque voluta
Corpora Silanos ad aquarum strata jacebant
Interclusa anima nimia ab dulcedine aquai.
(*V. de Rer. Nat.* 1. 6.)

Et Horatius

Fontesque lymphis obstrepunt manantibus
Somnos quod invitet leves. (*V. Epod.* 11.)

Non secus Ovidius.

. . per quem cum murmure labens
Invitet somnos crepitantibus unda lapillis.

Sic Aretæus *cuique vero usitata somnum accersunt; nautis in cymba decubitus, & in mari navigatio. & litturum sonus, & undarum murmur, & ventorum bombus, & maris navisque odor, magica tibiarum exercitatio quietem adfert, aut lyra cantus aut cithara &c.* (*V. cur. morb. acut. lib.* 1. *c.* 1. *p.* 75.)

qui olfactum exercent odoribus vegetabilium soporiferorum, sibi somnum reconciliant (*l*).

Videtis pariter qua ratione somniat homo, & somniorum diversitatem habet. Sed ut melius vim somni, ac machinæ nostræ elegantissimæ constructionem intelligatis, quod ad phænomeni enodationem confert, brevi percurramus.

Machina nostra ab artifice incomparabiliter ingenioso ita est efformata, ut omne id, quod in ea observatur, ordinatim, prompte, assimilanterque conficiatur. Hinc est quod minima impressio minimus motus, minimaque mutatio suum in ea parit effectum, & multoties, propter consensum quem una cum reliquis partibus tenet, ad agendum una alteram trahit (*m*). Hinc videtis, caput cum stomacho, cæterisque canalis partibus maxi-

---

(l) Apud Ovidium pulcherrime hæc omnia descripta adinvenio. En propria verba:

Est prope Cimmerios longo spelunca recessu,
Mons cavus, ignavi domus, & penetralia Somni:
Quo nunquam radiis oriens, mediusve cadensve
Phœbus adire potest: nebulæ caligine mistæ
Exalantur humo: dubiæque crepuscula lucis,
Non vigil ales ibi cristati cantibus oris
Evocat auroram: nec voce silentia rumpunt
Sollicitive canes, canibusque sagacior anser:
Non fera, non pecudes, non moti flamine rami,
Humanæve sonum reddunt convicia linguæ
Muta quies habitat. Saxo tamen exit ab imo
Rivus aquæ Lethes: per quem cum murmure labens
Invitat somnos crepantibus unda lapillis.
Ante fores antri fecunda papavera florent,
Innumeræque herbæ, quarum de lacte soporem
Nox legit; & spargit per opacas humida terras.
Janua ne verso stridorem cardine reddat:
Nulla domo tota est: custos in limine nullus.
At medio torus est, ebeno sublimis in antro.
Plumeus, unicolor pullo velamine tectus,
Quo cubat ipse Deus, membris languore solutis.
(*V. Metamorph. lib. XI. v.* 592.)

(m) V. quod scripsimus in opere nostro (*Malatt. Flat. t.* 11. *annot.* 166.)

nam congruentiam tenere (*n*), & ita vicissim se afficere, ut una mutata, altera pariter mutetur, & imperceptibili modo hæc organa inter se valde respondeant (*o*). Itaque si ciborum copia, qualitate, seu humorum, chilique acrimonia, quædam chilopojeticorum organorum pars irritetur, tum similique ratione illa quæ huic apprime respondet, quamquam in cerebro sedeat, actionem sentit, mutatur, tenditurque; hinc est, quod perbelle animæ repræsentat signum in ea ante fixum, ratione tensionis susceptæ, vel si revera in ea nova mutatio exerceretur, cùm esset hæc signum objecti impressionem afferentis, animæ tum obversatur, & idea ipsius objecti, puta cibi copiæ, seu hujus, illiusve qualitatis infecti in mente excitetur. Duo sequuntur hinc. I. quod in primo casu non somniat homo, quam ea quæ in memoriæ receptaculo sunt, & in fibrillis commotis, atque tensis reposita. II. in secundo casu sibi non repræsentat, nisi signum quod cum objecto mutationem afferente congruit perbelle (*p*). Videtis ergo, qua ratione objecta a nobis percepta somniamus, & multoties, ea quæ in nobis machinæ nostræ sunt adversa (*q*). Quod hic

---

(n) Ex iis, qui scripta exarant, nulli sunt, qui hanc veritatem non agnoscant. In me ipso experior, mentem vigere, & aptiora, ac promptissime, conscribere, si stomachus valet, nec intestina ab extrinseca, acrique materia sint lacessita. Experior pariter, dejectis materiis in intestinis morantibus, potu aquæ gelidæ, Caffè, vel cujuscunque ejusdem generis, adhibito, alacritatem sumere, celerius componere, ac perinde facibus mihi ideas repræsentare. Quam ob rem ad componendum non accedo, absque Caffè auxilio, quod magnopere existimo; etsi sæpe sæpius me deprehendant adstantes, amicique, ne mihi noceat, hic, quem illi ajunt, abusus.

(o) Nemo Hyppocrate melius potest hac de re dijudicare. *Singulæ vero*, sunt sua verba, *corporis partes*, *altera alteri*, *quum huc vel illuc impetum fecerit* (ὁρμήσῃ), *statim morbum facit*. *VENTER CAPITI*, *& caput carnibus*, *ac ventri*, *& reliquæ omnes eadem ratione*, *quemadmodum*, *VENTER CAPITI*, *& caput carnibus ac ventri* (*V. de loc. in homin. cap. 1.*)

(p) Cui non evenit, se aliquem cibum somniare, quo gravatur stomachus? pluties in ægrotantibus meis observo, & in me ipso experior.

(q) Hæc est ratio, qua peritissimi Medici suos rogant ægrotos, somnia narrare. Sæpius observavi, alcalino, putrido, vel contra acido, humore laborantes, corruptos, vel acidos cibos sumere, in somno sibi animo repræsentare.

hic majorem parit difficultatem, porro est, informis idearum successio vel conjunctio ac separatio earum, quæ nunquam conjunctæ vel separatæ fuere. At si nostras protendimus meditationes, ex præstructis principiis ea pari felicitate evolvere posse, credam.

Ut in cerebro ordinatim moveantur omnia, ordinatim pariter debent omnia esse commota, & fibrillas cerebri permagna agilitate, atque promptitudine gaudere. Quapropter si spiritus animales (r) per Encephali partes se tumultuose ferentes vel causa obstructi vasis (s), vel sic a principio impellente compulsi, inordinatim irritent, tendant, ac in actione ponant Encephali fibras, adeo ut nunc una nunc altera, in quibus imparia signa extant, moveatur, tum ab una perceptione ad aliam celerrime progredimur; postea si unico actu efficiat, nimirum tendendo eas, quæ imparia signa continent, imparia objecta, ac incongrua percipimus. Quando demum movetur una signi pars tempore, in quo alterius signi movetur, anima in percipiendo has tanquam conjunctas percipit, & *Ens rationis* conficit. Sed melius breviori modo hoc ultimum enodabimus.

Ponamus, quod ad repræsentandum in integrum objectum *A*, vel seriem idearum *A B C D*, plures fibrillarum partes, objecti partibus, vel seriei idearum, respondentes deberent unico instanti vel successive moveri, nimirum *a b c d*, sac quod ratione inertiæ in qua sunt, vel obstaculis fluidis ipsis, a partibus vicinioribus præsentatis, non in instanti, ut requireretur ad perceptionem integram objecti, vel non successive, quod est ad idearum successionem, necessarium, fibrillæ moveantur, ex. gr. ut *a d b c*, vel interrupte, ac defective, ut *a . . . c*, tum interrumpitur successio & objecta inordinatim vel interrupta ac perinde nova somniamus. Potissimum, si inter *a . . . c*, nova signa

(r) Philosophi, ac Medici perinde omnes conveniunt de existentia spirituum in animali vivente, qua functiones animales conficiuntur.

(s) Ex Physiologicis constat, medullam cerebri ex vasculosa corticis compage, ut per injectiones demonstratur, oriundam, ac illi, uti videtur, continuam, minimis constare vasculis, quæ tenuissimum fluidum, quem spiritum modo appellavimus (r), ferunt. Ex dictis patet, omnia vitia, quæ in majoribus vasis observare solemus, posse pariter hic locum habere, per consequens & obstructionem inesse; quam ob rem videtis, quod vel fluidis, naturalibus, crassioribus, vel pressionibus quocunque modo his vasis factis, obstructio oriatur; hac de re, nos plura de delirio verba facientes exponebamus.

signa, ab internis partibus, puta objectis internis commotis, imprimerentur (V. VI. (t). Hinc luculentius videtis, qua ratione melancholici, & qui spiritibus carent, vel hi naturali elasticitate, ac ordinato cursu orbati, ut in febricitantibus, considerantur, sæpius interruptas, mirificas, chimericasque scenas videant, & somniando expavescant (u). Videtis pariter, qua causa ii, qui magna spirituum vivacitate ac copia gaudent, vivaciora, diuturna, ordinataque somnia experiantur (x). Videtis demum rationem, qua ii, qui pituitosis humoribus, fibris laxis, atque propria inertia gravati, raro somnient, & difficillime somnia contineant, ac clare conficiant. Contra biliosi, atque sanguineo temperamento præditi, sæpe sæpius ea magna vivacitate conficiant. His præhabitis ad somnambulum *Francisci Soave* accedamus.

Plura his sunt examinanda nimirum in phænomenis. I. Quomodo moventur organa tam ad motus, quam ad loquelam dicata

---

(t) Hoc perbelle exprimit Ovidius versiculis illis:

Quo cubat ipse Deus, membris languore solutis
Hunc circa passim varias imitantia formas
Somnia vana jacent: totidem quod messis aristas
Sylva gerit frondes, ejectas littus arenas.
. . . .
At pater e populo natorum mille suorum
Excitat artificem, simulatoremque figuræ
Morphea: non illo jussos sollertius alter
Exprimit incessus, vultumque modumque loquendi
Adjicit & vestes, & consuetissima cuique
Verba. Sed hic solos homines imitatur: at alter
Fit fera, fit volucris, fit longo corpore serpens.
Hunc Icelon Superi, mortale Phobetora vulgus
Nominat. Est etiam diversæ tertius artis
Phantasos, ille in humum, saxumque undamque trabemque
Quæque vacant anima fallaciter omnia transit.
(*V. lib. XI. Metamorph. v.* 609.)

(u) Hoc est propter inordinatos spirituum motus, vel impressiones in nervis a melancholia factis, de quo melius in delirio ac mania.

(x) Tum non interrumpitur cursus spiritibus, neque imagines vel signa interrumpuntur propter copiam & energiam eorundem spirituum.

cata ? II. Cur apprime respondet verbis ei dictis, quæ habeant ad quemdam sui statum relationem ? III Cur non audiet, vel nullum dat signum sensationis, si modo diverso ei loquatur? IV. Cur excitatus non recordetur somniorum jac factorum, & denuo dormiens ad memoriam revocet quod ei aliter in somno accidisset ? V. Cur difficillime excitetur, & multoties impressiones ab externis objectis susceptas diversimode percipiat, vel ad ideas, quas habet actu referat? VI Cur denique excitatus magna stupiditate videtur correptus & sine longo temporis intervallo se reprehendi nequeat ? Si hæc omnia evolvere possemus, magnum somnambulismi phænomenon, credam, esse enodatum.

I. Motus spontanei effici nequeunt absque animæ voluntate. Musculi, & per consequens organa si morbose, & absque voluntatis imperio moverentur, tum inordinate, & præter consuetudinem, ac sine idearum congruentia id efficeretur, cum ergo in somnambulis non confuse sed ordinatim, & ad eorum ideas respondentia moventur organa, dici debet, voluntate hoc effici, & actu mentis perfectionari; quo modo id fiat, est enodandum.

Quando signum in cerebri perinde capsula repositum, quod erat tanquam grave a directione animæ remotum (y) vel si placet, propria languescens inertia omne animi acumen effugiebat, a spirituum energia commotum, & animæ directum, illa quæ ab objectis secreta, cum somni causa quiescerent signa, præter potentiam repræsentandi res non habebat (z) paulatim videre incipit quod ei obversatur, & in eo omnes, quot quot sunt, suos actus conficit. In hac objecti repræsentatione cum non posset ejus characteres non percipere, & relationem cum suo corpore non arguere, quo ad suas vires permittitur, se illi adhærere cupit, vel avertere ab eo, quod veluti bonum, vel malum percipiatur. Cum anima facultatem habeat suos movendi musculos, & si torpescant omnia, reperiris actibus, illi qui ad ejusmodi repræsentationem inserviunt, & relationem cum ea tenent. paulatim a spiritibus ab anima compulsis vivificantur, & juxta animæ determinationes ab ipsa repræsentatione erutas, se movere incipiunt. Duo sunt hic consideranda difficultas ab initio habita, & agilitas, vel promptitudo in posterum comparata.

Captu

(y) Nescio an omnibus placeat. In nobis ipsis sentimus, aliquid nos recordari, quando vivacitatem quandam nobis esse percipimus. & contra; per consequens quando cerebrum quamdam efficaciam acquirit, anima sibi signa repræsentat & renovat.

(z) Quando postea sua inertia quiescit, omnia sibi abdita sunt, nihilque videt.

Captu haud difficile erit, si statum corporis somno correpti deprehendimus, ut & modum quo nos habitus nanciscimur. Quando homo dormit, omnia quæ in se repetiuntur, propria gravitate quiescunt; vides ergo quod sine quadam vi ab anima præstita nequeunt musculi moveri, & cum hæc vis augeatur in ratione claritatis repræsentationum (adest tum boni vel mali clara perceptio) in ratione pariter, qua in integrum moventur signa, & animæ præsentantur, hæc voluntatis imperium exercet, & cum paulatim excitantur signa, paulatim quoque ea clarescunt, & anima paulatim acquirit vim, qua moveantur organa. Ulterius. Spiritus nostri, post quam repetito animæ actu, iterum atque iterum quemdam cursum perfecerunt, vel quia obstacula suo momento vincant, quapropter nullam, vel parvam resistentiam denuo adinveniunt *(aa)* vel quia anima prius consequentia percepta, in repetendis actibus, celerrime deinde & absque consideratione imperat, vel utraque simul ratione, ut mih videtur, organis præsto sunt, & movent *(bb)*. En ergo ratio, qua somnambuli, vel somniloqui lente, in initio, postea celerrime sua moveant organa, &, repetitis impulsibus, ratione repræsentationis, ab anima factis, vel adstantium interrogationibus, internæ repræsentationi respondentibus, ut ita dicam, confectis *(cc)*, omnia magna agilitate, ac promptitudine efficiunt. Quid mirum ergo, quod loquantur, ambulent, & juxta internas repræsentationes agant expeditius? Objectio hic esset, a moralibus habita. Tempore somni, pro actibus confectis, dicitur, animam non peccare, quomodo id esset si voluntate sua conficerentur? De hoc verum infra brevi disceptabimus (*).

II. Quan-

(aa) Duabus rationibus hoc calculari potest. 1. ex inertia ipsorum spirituum devicta; nam difficilius movetur corpus si perfecta quiete quiescit, quam si est in motu, dummodo per eandem directionem impellatur. 2. propter canaliculos magis ut ita dicam, foramine expansos a momento spirituum post repetitos actus ejusmodi constitutos.

(bb) Celeritate qua actus animæ conficitur, & spiritus animales obediunt, ideæ nobis animo repræsentantur.

(cc) Ratione, qua adaugentur momenta repræsentationis boni, vel mali, adaugentur conatus animi ad illud procurandum, vel avertendum, & cum hoc fieri nequeat absque motu organorum, ad bonum suscipiendum, vel malum avertendum dispositorum, anima illa compellit, & quo ad suas permittitur vires, movet.

(*) Unum verbum hic addam; inopia repræsentationum summunt

II. Quando anima in repræsentatione unius objecti detinetur, vel clarius signum quoddam objectum repræsentans cernit, tum fibrillæ nerveæ inter se respondentes a spirituum vi, ut vidimus, in actione positæ & a vi animæ in eis, propter fortuitam repræsentationem exercitæ, possunt in objecta reagere, impressiones suscipere, & animæ eas repræsentare (*dd*). Cum ergo adstantes excitent ideas, quæ conjunctim, vel proxime sunt cum ideis quæ in somnambulo actu revivixerunt, fibrillæ, in quibus erant repositæ, propter consensum cum eis, quæ in actione sunt, concutiuntur, & animæ concussiones ipsas repræsentant. En ergo modus & ratio, qua somnambulus audit, sentit, &c. ea omnia quæ suis internis ideis respondent, & congrue responsa reddit.

III. Contraria ratione, non audit, neque sentit impressiones ab externis objectis factas, si hæ internis ideis relationem minime tenent. Nos non percipimus mutationes, quæ actu fiunt, in organo sensorio nostro, nisi hæ ad cerebrum usque perveniant, & ope fibrillarum impressiones suscipientium, quadam energia præditæ reagant: Hanc energiam deficere; diximus, vi animæ deficiente (*ee*). Si ergo anima tota se occupat ad unum vel alterum signum, nec rationem habet qua suum exerceat voluntatis imperium, præter in fibris, quæ actu in actione sunt (*ff*), nullam attentionem cæteris præstando, vel melius non vivificando reliquas, quæ a spirituum energia ab internis causis præstita, cum non sint commotæ, in objecta non reagunt, neque impressiones suscipiunt, neque possunt ab anima repræsentari (*gg*). Quid mirum ergo quod somnambuli impressiones internis ideis non respondentes minime sentiant? Quid mirum quod reliquis ideis deficientibus, nequeat eas comparare, & tanquam comparationis resultatum se huc vel

---

munt malum pro bono, per consequens agunt pro bono apparenti, ut meditantibus patet.

(dd) Diximus, impressiones fieri propter animæ reactionem (*V. tom.* 1. (*aa*). Diximus, animam percipere quod ei obversatur (92 *tom.* 1.), nobis objecta, vel ideas renovari spirituum energia (*Med. de Mem.*) ergo vides quod ratione ipsius energiæ vel vis animæ in fibrillas exercitæ impressiones suscipiantur, & animæ repræsententur.

(ee) *V. tom.* 1, (*aa*)

(ff) Propter vim animæ in illis diffusam (*V. ib.*)

(gg) Deficeret medium, impressionibus deficientibus, quo objecta perciperentur.

vel illuc determinare? Quid mirum, quod præter unum objectum non videndo, vim ipsius objecti sentiat, & juxta ejus resultatum vellet? Voluntas oritur non tantum ex distinctis repræsentationibus, verum etiam ex consequentia a repræsentationibus ipsis eruta. Statim ac mihi repræsento mulierem pulchram meæ libidini expositam, quid gratius in me sentio, & me compulsum video ad eam amplectendam. Si actus animæ tantum in hac perceptione immoratur, concubitum tanquam bonum mihi repræsento, & ad illud me voluntate duco; si postea, eodem actu morbus gallicus, cui sic me exponam, animo mihi obversatur, vel quod si hoc modo agam, contra morales leges agam, tanquam malum percipio, & illud abhorreo. Hinc est, quod uterque animæ actus a voluntate pendet, veruntamen in primo casu ob idearum defectum pro bono malum percipio & illud cupio (*), non ita in secundo in quo plura video atque perpendo. Pueruli, atque stupidi ita voluntatis actum utplurimum conficiunt, & hac ratione sunt a moralibus exempti. Quid enim respuere debent nisi malum hoc, si ejusmodi habetur per ideas præhabitas, (**) si hæ deficiunt, nulla adest ratio, qua anima sui appetitui resistat. Dormientes ergo actus conficiunt, qui cum non sint in consequentia rationis, hoc est, in consequentia nexus idearum, in quo anima plura percipit (***) a moralibus non inculpantur neque inculpari debent.

IV. Quando somnambuli concussionibus excitantur, novis pressionibus fibrillis nerveis tactis, novo modo concutiuntur, qui, cum essent potentius commoti, in cerebrum irruunt, & contrario quasi modo agentes, non solum e somno eos excitent (II), verum etiam fibrillas somnambulismi scenas repræsentantes, in pristinum reducentes (*hh*); imagines omnes, quæ in somno erant, evenescunt. Si somnambulus in somnum redit, & eædem rationes vigent, quibus somnambulismus efficiebatur, scenæ renovantur, & eadem signa anima cernens, eadem objecta videt, easdem operationes conficit.

Quod hic majoris difficultatis esse videtur, illud est, concipere,

(*) *adn.* 29. *tom.* 1.
(**) *adn* 62. 28 *ib.*
(***) *adn.* 65. *ib.*
(hh) Tum erit excessus momenti impressionum ab objectis externis excitatarum supra momentum impressionum ab objectis internis perficientium. & anima ad majores impressiones revertitur. Potest evenire adhuc, quod alio spiritus advocati unam leinquant fibrillæ partem, & aliam vivificent.

re, quo modo memoriam habeat illius quod aliter in somno effecisset. Cum de memoria locuti sumus, diximus, propter quasdam mutationes, quæ in fibrillis remanent, nos impressionum ab objectis efformatarum recordari. Quid facilius ergo, quod hæ levissimæ mutationes remaneant in fibrillis a spirituum energia commotis, & signa animæ repræsentantibus, & cum in actione ponantur, repræsentent signa, sed quodam modo murata, quapropter comprehendat, objectum se aliter vidisse? Fateor, plura ad hoc requiri, ut hypothesis vim amittat, sed scio pariter conceptibus nostris animo præhabitis non dissentire, nec faciliori modo posse absurda ab hoc eruere existimo. Quid quid verum de hoc sit, sublimioribus ingeniis relinquimus.

V. Duo hic considerentur 1. difficultas cum qua excitantur. 2. relatio, quam impressiones receptas ad ideas habitas tenent. Quoad primum, credo, id posse fieri propter vim animæ, ut ita dicam, ad unius signi centrum propulsa, quapropter difficillime advertit reliqua, & forsan propter spirituum affluxum in una perinde parte factum, & quapropter reliquas partes negligat, hæ difficillime reagant, ac impressiones suscipiant *(ii)* 2. Si moventur spiritus, quavis ratione fiat, cum hi tendant, ac irruant in unam partem, & ab animæ vi, vel a quodam interno principio illuc sint compulsi, eorum momentum exercetur in fibrillis, in quas tendunt; etsi spiritus diversimode modificentur, attamen non debent movere quam eas, quæ in actione positis viciniores sunt, & quemdam cum eis consensum habent. Quapropter comprehendi potest ratio, qua in medio somnambulismi, non percipiantur impressiones, & si percipiantur ad internas ideas referuntur. Quoties in vigilantibus observatur, quod ad suas cogitationes, si intensissime cogitent, verba eis prolata referant? Id evenire censeo, ex reliquis ideis abscondltis, quapropter cum non habeat cui impressiones easdem assimilet, anima eas non applicat, quam ad id quod sibi repræsentat.

VI. Hoc mirum non est. Quando vigilantes a profundiori meditatione unico actu advocantur, non secus eos videmus. Anima tum, relictis objectis, quæ contemplatur, debet vim suam alio vertere, & ut sibi nova objecta repræsentet fibrillas, ita dicam, novas in actione ponere ac spiritus diverso impellere modo. Per leges mechanicas, tum extet in viribus pugna, hoc est, a spiritibus priori affluxu nactis, & ab oppositis ab anima traditis, at per diversam directionem directis; per

(ii) *Ubi attritus, ibi affluxus*, Sic & quoque (hh), per utrasque rationes hoc phænomeno observari potest.

per easdem leges eorum excessus solummodo apparens erit ; at quælibet vis , cæteris paribus est , ut tempus in quo potentia agit , erit per consequens hic excessus ut tempus qua anima suam exercet vim , & spiritus per diversam directionem impellit . Ponamus vim spirituum , somnambulismi tempore esse $= \frac{1}{100}$ illa , quam potest anima contrario modo , ac unico instanti communicare, sit pariter $\frac{1}{100}$. Non est qui non videat repræsentationem objectorum esse tum $100 - 100 = 0$. En ratio si recte video , qua anima primo excitationis momento nihil multoties videat, & somnambulus tanquam stupidus deprehendebatur . Nimirum hæc omnia pendent ab æquipollentia virium, quibus huc illuc spiritus impelluntur. Si vis animæ in fibras sit in instanti expansa, ut diximus $= \frac{1}{100}$, & ut hæc in actione ponatur, requiritur vis $= \frac{1}{1000}$, nemo non videt , quod ut sensibilis videatur effectus, requiruntur temporis instantes $= \frac{1}{100}$, nam $100 \times 100 = \frac{1}{1000}$ vis ad fibras encephali movendas quam magne necessaria . En quod somnambulus primo actu stupiditate correptus post plura temporis instantia suas functiones animales exercet , & paulatim sui compos evadit .

Adnotetur, hoc evenire , quando easdem non sequeretur ideas quas intrinsecus somnambulus habet , non contra . Ratio est , quod anima tum non revertitur alio , neque spirituum viribus prima animæ determinatione habitis debeat se opponere . Hinc est, quod si cursum sequendo, non interrumpitur repræsentatio, neque in integrum fibræ reponuntur , nulla mutatione , nullo signo , nullo indicio superstite , ut eveniret , si novis ideis deturbaretur, quapropter de factis nullam in se memoriam adinveniret animus, de occursibus perbelle recordatur.

Ex dictis novæ emergunt difficultates. I. Cur somnambuli videant , audiant , & actiones quasdam perbelle conficiant ? II. Cur expeditius per anfractas periculosiores vias incedant tuti , quod in vigilia non efficiunt ? III. Cur multoties somniando, ratiocinamur , & in somniis veritatem invenimus ? IV. Cur multoties somniando divinamus, & cum factis somnia congruant ? Primæ duæ difficultates ad somnambulismum, reliquæ ad somnia pertinent .

I De hoc verba fecimus , attamen meliori modo id explanabimus . Somnambulus a P. Pino relatus literas legebat. Nulli dubium est, hoc fieri nequire absque visus actione . Etmullerus ait, Noctambulos operari , nonnullos , *clausis oculis* , nonnullos

oculis

oculis conniventibus. Quidquid sit, somnambulus a Soave oblatus demonstrat, nonnullos apertis oculis operari, & idem dici posse puto, de reliquis sensibus evenire. Perpendamus ergo, quo modo id efficiant. Anima sibi aliquid signorum repræsentat, ob excitationem ab objectis intrinsecis factam, ut modo diximus; hinc est, quod in eo immorando paulatim sua permagne interesse, credit, & oritur attentio, ex qua voluntas exequendi ea quæ bona videntur, & cum ad id requirantur organa visus, auditus &c., anima tendit ea vivificare, atque aptiora reddere; si diu hæc repræsentatio perdurat, multiplicantur impulsus, & post quosdam instantes, cum hi ad justam perveniant rationem, animantur organa, & munera conficiuntur. Adnotandum hic est, quod præter ea, quæ ad ideas, quibus fuere animata, respondent, non videt visus, neque audit auditus. Anima non vivificat, quam per unam directionem, quæ ad suam ideam ducit, ergo nequit impressionem transferre, nisi per eandem viam, quæ hiatum tenet; per consequens non videt, vel audit anima, quam ea, quæ cum internis ideis relationem habent. Modo quo paulatim hoc confici possit, alibi pertractavimus (*ll*).

II. Quod nobis vigilantibus ineptitudinem suppeditat, porro est multitudo idearum, quæ unico instanti se animæ nostræ præsentant. Nos possumus viam, solum, metam errare, quatenus unico actu aliis confundi potest; per consequens quatenus anima multiplicat, ac ea cum aliis confundit. Revera, quo secus pes tendit, si non videt quam unicum punctum? Quo anima dirigit suum corpus, si unum soli palmum sibi repræsentat? Quomodo debet denique januam, hoc illudve corpus errare, si præter illud, in quod tendit, nihil aliud videt? Si omnia perpenditis, invenietis profecto, nullam tum oriri confusionem, nullumque errorem. Fac, in cubili non esse præter unum librum, mitte famulum, ut illum accipiat, posset ne alium librum a dicto diversum sumere? Nequaquam porro. Non absimili modo, anima somnabulismi tempore, præter hanc, illamve ideam non habet, omnes reliquæ propria inertia, ut diximus, sopitæ jacent, per consequens directe ad objectum idearum se dirigit, & totum suum fert corpus. Quando somnambulus per angustiores, anfractuosas, periculosasque vias se ducit, non videt, quam ipsam viam, nec potest ultra eam pedem ponere. Videtis ergo, qua ratione, neque dextrorsum, neque sinistrorsum reclinet, sed recto tramite incedat. Non ita si vigilat; tempore enim, quo vigilamus,

(ll) *V. Mal. stat. tom.* 2.

plura unico actu animo repræsentamus, & in ancipite pedem, manum, corpus ipsum ponere possumus.

III. Nostris meditationibus præmissis, haud difficile est hoc etiam evolvere. Ratiocinamur quando nobis animo complures ideas repræsentamus, & comparatione facta, novas eligimus. Hinc est, quod pendet a repræsentatione idearum, & a facultate animæ, qua comparat, dijudicat, concludit. Quid mirum ergo, quod in eis potissimum, quibus spiritus hoc illove modo fuere commoti, adeo ut quemdam acquisiverint habitum has illasve ideas renovare, eo magis si copia, elasticitate, promptitudine scarent, in somnis ratiocinia conficiantur? Spiritus propter habitum, copiam, ac promptitudinem possunt tum vel in repræsentando ideas continuare, vel signa commovendo, plura renovare & una simul animæ objicere. Cum postea sit animæ facultas, comparare, ac nova elicere ideas, ex repræsentatis ratiocinia conficit. Hinc est, quod videtis, hoc ut plurimum evenire eis, qui faciliori modo possunt ideas renovare ex eo quia bilioso, ac sanguineo temperamento gaudent, vel habitum ratiocinandi adepti fuere.

IV. Quid dicemus de hoc? Nihil credemus? Libenter id concederem, si id pluries in me ipso non fuissem expertus. Somniavi, olim me esse ab homine rogatum, ut irem ad quemdam ægrotum, qui lethali morbo erat correptus: e somno excitatus, revera me appellavere, ut darem auxilium homini quem ægrotum somniavi. Adivi, & illum inveni non secus quam in somnio fuit mihi enunciatus. Quod mirum, porro est quod nunquam de hoc homine cogitaveram; nunquam audiveram illum ægrotasse, nec cum eo negotia, relationes, verba habueram. Quot casus hujus generis apud auctores sphæræ sublimioris non invenimus? Magno criterio hac super re Aristoteles ait „ Si difficile est rationem de hoc invenire, non est adeo fa-„ cile tot relata exempla, quæ veritatem ostendunt, neglige-„ re (*mm*) „. Cui notum non est Calpurniæ somnium (*nn*)? Ecquis negare audet illud viatorum a Cicerone allatum (*oo*)? Equis Pyr-

(mm) *V. de Divinit per somn.*

(nn) Calpurnia Julii Cæsaris uxor nocte somniavit, Cæsarem esse sanguine conspersum, atque vulneribus tectum, quapropter e somno mane excitata oravit, obsecravitque eum, per illum diem e sua non exire domo, & hac de causa cum esset in ancipite Cæsar, fuit a Bruto compulsus ad Senatum adire, in quo, ut est notum, interfectus fuit (*V. Dion Cass. lib.* 44)

(oo) Cum duo amici in Megaram pervenissent, alter eorum in

Pyrhi somnium potest in dubium revocare, si a Plutarcho refertur (*pp*) ut cetera omittam?

Recens philosophus credit, somnium viatorum a Cicerone enunciatum physice posse enodari, motus atomorum, ait ille, quas amicus deprehensus in aera emittebat tempore proditionis, vel clamoribus, vel majori violentiorique respiratione longius (praetermissi ad amicum alium pervenientes illum concutiebant, & ui statum enunciabant, quia pro amico sensibiles fuere ratione commercii, & diuturnitatis. At quid magis fictitium, ac chimæricum? Videmus, tempore somni languescere organa, & impressiones etiamsi violentiores, ab objectis extrinsecis productas animam non percipere. Quomodo ergo minimi insensibilesque atomorum motus hic percipiuntur? Cæteroquin, quo modo circumstantias, & actiones a caupone patratas, potissimum post amici mortem, tempore quo, clamores, & respirationes deficiebant, atomi enarrare potuere? Nemo non videt hujus enodationis formam nullum habere vigorem. Verum, e quo pendet? Hic me irretio, & præter tenebras ubique diffusas non invenio.

His peractis ad delirium, ac maniam accedamus. Cum vero articulum hoc in peculiari Opere (*qq*) pertractabo, non debere quam per summa capita hic indigitare credam.

Delirium παραφροσύνη, παραληρή, est nomen generale, quo denotatur mentis alienatio, & de *lira* oritur, hoc est, *a recto*

S 2 re-

---

in domo amica, alter in caupona permansit, ille somniavit, hunc rogare, adire ad se auxiliandum, nam caupo interficiebat, at excitatus somnium non curavit; denuo somno correptus iterum somniavit, socium ajentem, quod si non sibi præsto esset, suam mortem saltem vindicaret, nam interfectus a caupone, sub fimo suum corpus jacebat, & cum ivisset rapide a terrore socius excitatus, invenit corpus amici modo quo, & in quo somniavit (*V. de Divin. lib. 1.*).

(pp) Antequam Pyrrhus aggrederetur Lacedæmones, somniavit, super eorum Civitate fulgura jaculare, & eam in ignem convertere; excitatus fuit, narravitque somnium: Lysimachus adjudicavit, quod non secus ac loca a fulgure percussa sunt Religioni sacra, & ut nemo per ea progrediatur, sub signo & claustris videmus reposita, sic dubitabat, quin illa Urbs resisteret Pyrrhi viribus, & somnio Deus id ei palam fecerit. Prædictioni respondit eventus, ab inopinato auxilio Urbs fuit liberata (*V. Plutarch. in Pyrrho*).

(qq) In opere *Dell' Ipocondria* nuncupato, quod brevi in lucem edam.

recedere, vel *aberrare*. Veteres *liram* vocabant fossam rectam, quæ ducebatur in agris, ut uliginem terræ reciperet, quapropter homo *delirus* dicebatur si a recto ordine, & quasi lira aberraret. Non defuere, qui crediderunt, originem hujus vocabuli duci debere ἀπὸ τῦ ληρεῖν, quod a λῆρος, nimirum *nugæ*, *ineptiæ*, derivatur. Quidquid de hoc sit nos per delirium intelligimus ortum idearum objectis externis non respondentium cum obstinatione quadam.

Mens nostra facultatem habet ideas alligandi quibusdam motionibus sensorio communi ab objectis externis excitatis. Quoties ergo quocunque modo nobis oriuntur hæ illæve motiones in cerebro, etsi pendeant a causa intrinseca, scilicet a succo nerveo permagne commoto, atque inordinatim percurrente, vel propter magnam fibrillarum tensionem siccitatemque, per quam majorem oscillationem, majoremque gradum percussionis, ac majorem fluidorum momentum persentit tum anima ad objecta externa refert & credit extra se quod in se est. Duobus modis delirari potest, vel quatenus anima plures, minoresve gradus perfectionis, immanitatis, bonitatis &c. objectis illis, quæ eos revera non habent, tribuit, vel quatenus credit entia realia, quæ non sunt præter entia rationis, vel non entia. Primo casu defectus utplurimum in majoribus minoribusve impressionibus latet, per consequens, quatenus momentum fluidorum, ac reactio solidorum in cerebro non sint impressionibus ab objectis excitatis proportionalia, quam ob rem majorem, minoremve activitatem mens concipit in objectis, quam revera non habent, neque habere possunt; secundo casu in novis peculiaribusque motionibus, quacunque ex causa intrinseca efformatis consistit. Statim ac hæ commotiones in cerebro oriuntur, anima ex habitu contracto refert ea ad peculiaria objecta, quæ quamdam habent similitudinem cum eis quæ easdem ac perinde easdem solent excitare. En ergo novæ ideæ exortæ, vel hæ cum objectis non rite conjunctæ, per consequens non potest mens quam eas sibi repræsentare, & connectere, comparare, cæterasque intellectus operationes perficere. Ex hoc fit, quod qui habitum ratiocinandi contraxere, illationes rectas ducunt, etsi ex principiis falsis erroneisque exordiantur. Qui ejusmodi inordinatasque motiones tanquam morbosas percipit, tum corrigit errores, & se a delirio præservat; at sane difficilius est. Quando anima nostra, vel ex habitu contracto in abstrahendo ideas, vel ex vivacioribus impressionibus, rationibus modo enarratis habitis, quamdam ideam abstrahit, etsi non existat neque existere possit absolute, & per se tamen continuo super ea meditando, credit demum ens reale esse, & utpote tale ab aliis separat, con-

conjungit &c. Referam quod Abb. Condillac huic proposito ait „ *Lockius* majus periculum ideis conjunctis demonstravit, „ quando observatum habuit , in ipsis insaniæ originem esse . „ Causa comprehendendi , sua reflexio quam optima sit , suf- „ ficit , observare , quod quatenus ad physicum imaginatio , & „ insania non in alio quam a majori ad minus differre queunt . „ Totum hoc a vivacitate motuum qui fiunt in cerebro pen- „ det . In somniis *ex. gr.* perceptiones tam valide excitantur , „ quod expergefacti difficultatem nostrum recognoscendi errorem „ habemus aliquoties . En proculdubio insaniæ momentum ! Evi- „ dens est, nos insanos extare si motus cerebri, qui talem illusio- „ nem produxere , iidem perdurarent . Ejusmodi effectus lentiori „ modo produci potest .

„ Neminem esse , credo , qui certis liberis peculiaribusque „ momentis quamdam fabulam sibi non repræsentet , imagi- „ netque , in qua ipsemet sit heros . Illæ fictiones , quæ *Castra* „ *aerea* dicuntur , urplurimum nihil producunt præter levissimas „ impressiones , ex eo quia eis parum nosmetipsos relinquimus, „ & ab objectis quæ majori realitatis gradu gaudent , & circa „ quæ nos immoramur quasi coacti , statim obliterari videntur. „ At si argumentum tristitiæ supervenit , ita ut optimos no- „ strosque amicos effugiamus, & quod primum maximam efficiebat „ delectationem , afferat posterius aversionem , tum nostro dere- „ licti dolori , ideam , quæ possit nos ab alienatione revocare , „ præter fabulam, qua nos incessanter delectamur , nullam aliam „ profecto inveniemus . Nos perinde capti sopore, hoc construimus „ castrum , illudque habitamus , & quando demum cerebri dis- „ positio gradatim perveniet eo , ac si esset revera , ut esse „ imaginavimus , a somnio revocati nostras chimæras pro „ realitatibus sumemus , Facile est , insaniam athenarum „ amentis , qui omnes naves *Piræum* ingredientes pro suis re- „ putabat , nullam aliam causam , quam hactenus expositam „ habuisse „ .

Hactenus *Condillac* . Modo dicam quod Dominus Bonetus scribit ; res perdigna est , quapropter eam non omitto . Respectabilem hominem , sanitate , candore , judicio , plenum agnosco , qui perfecte vigilans , & ab impressionibus externis independenter sæpe sæpius videt ante se hominum , mulierumque figuras , necnon avium , rhedarum , Domuum &c. has videt figuras varios efficere motus , nunc sibi appropinquari , nunc removeri , augeri , ac minui, demum apparere , vel evanescere , ante oculos , domus elevari videt , & partes ejus detegere , quæ externam constructionem repræsentant ; cubiculorum supellectiles unico ictu mutari videntur , parietes se aperire tabulis , nemora , regionesque diversas repræsentantibus . Dies altera pro supellectile nu-

dos videt parietes, qui nihil aliud exponunt quam materialium cumulum rudem fatis ac indigestum. Aliquoties hæc materialia non sunt quam tabulata. Omnes hæ picturæ perfecti nitoris illi videntur, & eadem vivacitate suos feriunt sensus, ac si eus ipsamet objecta adessent. Totum in ea cerebri parte fidem habere videtur, quæ visui respondet. Hinc observare, juvat non sumit hæc, ut cæteri imaginarii, pro realibus & existentibus, perfecte de iis dijudicat, semper ei prima sua judicia rectificat. Ejusmodi ei non sunt visa, quam quæ sunt in seipsis, & sua oblectatur ratio. Nescit ab uno ad alterum momentum qualis visus sit sibi offerendus. Suum cerebrum est Theatrum, cujus machinæ exequuntur scenas, quæ spectatorem deprehendunt, & eo magis, quo præter expectationem apparent.

Non est explicatu difficilius hoc phænomenon (sic pergit Bonetus) causas physicas imaginando, quæ fortiter excutiant diversos fibillarum sensibilium fasciculos causa animæ repræsentandi objecta diversa eadem vivacitate, ac si ipsamet objecta in talibus fasciculis agerent, si ad fibras quæ reflexioni inserviunt non pertinet, & in suo naturali statu remanent, tum anima cum realitate visa ejusmodi non confundet. Hæ fibræ statim commotæ ab illis, quæ visionis sedes erunt, animæ revocabunt ideas, quæ eam extra errorem, vel falsitatem ponent „ (*V. Sagg anal. Julle facol. dell'An. Cap XXIII num* 676.

Hactenus Bonetus. Quod adnotari debemus est phænomeni explicatio. Reflexio est actio mentis, ut diximus (*V. anal. intell*) non cerebri fibrillarum, per consequens detectio erroris non habetur ex eorum naturali statu, verum ex eis, quæ alios efformant sensus. & ab experientia casis similibus habita. Exemplum afferam. Quædam domina nudius tertius vertigine correpta, credebat parietes moveri, rotari omnia, sibique continuo verticosoque motu succedere; statim dijudicavit, Terram moveri, & timore ducta a cubiculo egredi pertentabat, quando ab adstantibus fuit persuasa, non Terram moveri, sed caput suum ægrotare. Quid in hoc? antequam audiret adstantes juxta Bonetum, fibrillæ reflexionis erant commotæ, postea nequaquam; at non est ita. auditus visum correxit, quapropter errorem comprehendit, & decubuit. En ratio, qua pro evidentia, diximus, omnes requiri sensus. Ut nos certi simus de re quadam, oportet ad omnes. quoad possumus, sensus eam reducere. Homo, de quo Bonetus est locutus, se non decipiebat., alia causa quam modo allata, pluries hoc fuit expertus, pluries reliquis sensibus persuasus, morbum retinæ suæ tribuit, & visiones non extare quam in se ipso credidit. Malum est, quod multoties obtenebratur ratio, nec anima reliquos sensus consulit, ex eo quia tota occupatur in uno propter activitatem, qua ille

con-

concutitur, vel propter attentionem, qua anima percussionem sibi repræsentat, & si tum delirat, hoc est cum obstinatione percipere credit quod objectis extrinsecus non respondet. Hac causa homines in hoc statu constituti vesani dicuntur. Nonnullis mentis alienatio est cum febre conjuncta, nonnullis sine febre, multis diuturna alienatio est, multis aliis a lucidis intervallis interrupta, istis adest furor, illis silentium, timor, patientia. Omnes e recta ratione recedunt, per consequens delirantes sunt, sed differunt ratione modificationum, quæ delirium ipsum comitantur. Hinc est, quod unos ab aliis secernere debemus. Sed ut ordine progrediamur, actus animæ brevi considerare oportet.

Anima nequit quæ sibi obversantur non cernere, & quanquam potis sit, quædam organa non vivificare atque vi sua destituta, imparia ad recipiendas impressiones reddere, attamen si ex quocunque principio anima ibidem advocatur, insensibiliter organa vivificat, & hæc suum fungunt munus. Ex duobus principiis oritur ergo mentis allucinatio, vel quatenus anima quasi ad quoddam objectum contemplandum advocata vim suam suppeditat in ratione majori, qua convenit, & profundiorem impressionem organum recipit, ut accidit eis, qui animi pathematibus percussi, cupiunt, omnia pathematibus respondentia videre, & magna attentione adhibita impressionem & gradus, ut diximus, adaugent, vel quatenus ea, quasi inscia, signa quædam renovantur, vel efformantur. Primo casu, ex attentione ipsa mentis alienatio oritur, ut in Hypochondriacis sæpe observamus; secundo casu, ex rebus quæ possunt signa vivificare, vel nova aliis simillima producere (¶) absque animæ vi, vel melius inscia anima, ut febre correptis accidit. Omnibus, quot sunt, potest attentio animæ intermitti, ut & signa animæ præsentata vivacitatem uno momento relinquere, altero sumere, & econtra. Primo casu lucida intervalla adsunt, secundo diuturnum delirium est. Ulterius: quemadmodum majori vivacitate possunt objecta vel signa animæ se repræsentare, sic etiam econtra, possunt partim collabescere vel dimidiata alterataque animæ obversari; cum anima nequeat ea non cernere, ut præsentantur, videt tum objecta alterata vel dimidiata; & credit, esse ejusmodi. Hoc evenire videmus eis, qui æstu, ac motu ipsorum spirituum gaudent. Si illi spiritus reficiuntur, isti si orgasmum & tu-

(¶) Quid obstat, quod ex mutationibus simillimis a principio diverso productis in organo sensorio nostro, pro uno aliud objectum nobis adesse credamus? Exempla perplura habemus, at pro omnibus valeat a *Boneto* descriptum.


& tumultum compescunt, sani evadunt, illi sunt meticulosi, cogitabundi, patientes, & ut plurimum melancholico temperamento præditi, isti audaces, inquieti, intollerantes, & ut plurimum sanguineo temperamento gaudent. Quod adnotari debet est, quod post longas diuturnas impressiones multoties organizatio pervertitur, illud signum prædominium sumit, ex eo quia fibrillæ, in quibus est insculptum, immobiles, aridæ, tensæ &c. evadunt, per consequens mutationi sui status resistunt, & continuo perpetuoque idem signum animæ repræsentant: hoc diuturnum delirium *mania* (*tt*) dicitur, nec differt a delirio quam ratione diuturnitatis. Demum si motus tumultuosus spirituum vel mutatio, quæcunque sit in cerebro orta, delirium parit, originem in febre agnoscit & *phrenitis* (*uu*) appellatur. Quæ concurrant ad delirium efformandum, quæ illud in maniam vertant, quæ possint illud mitescere, &, quomodo cura sit instituenda, res sunt ad Medicinam pertinentes, & nos loco opportuniori pertractabimus.

Superest, ut de Ecstasi dicamus. Hæc non est quam „ intensa „ fixatio mentis ad unum objectum intrinsecum „ & oritur a voluntate. Statim ac anima credit aliquid sua interesse, ratione gravitatis, quam inesse objecto putat, suas exerit vires, & in eo immoratur, paulatimque reliquis omnibus relictis tota ad illud applicatur. Cum organa nostra, nisi a vi animæ vivificantur, imparia sint ad suum munus fungendum, remanent in summa inertia, nec impressiones recipiunt, vel receptæ ad animæ notitiam non perveniunt. Hinc est quod homo ecstasi correptus insensibilis videtur, nec videt, nec audit quicquam, anima quasi in sua penetralia retracta tota est in objecto, quod sibi obversatur. Adnotari volo. multoties id posse evenire absque actu voluntatis, ut in somniis, delirio &c. Ex quocunque principio si accideret, quod unum signum prædominium sumat, & ante alia animæ repræsentetur adeo ut nequeat ipsa anima effugere, illud

(tt) *Mania* ab απο μαίρεσθαι, *furere*, *insanire*. Hinc est quod Medici eam distinguunt a delirio ratione febris absentiæ, & existentiæ furoris, per consequens Maniam cum furore comitari dicunt.

(uu) A Græcis φρενῖτις, φρενιτίασις, quamvis omnes mentis emotionem denotet, attamen veteres, ac recentiores hoc vocabulo indicare voluere „ delirium continuum cum febre acuta & „ meningum inflammatione conjunctum „ Celsus *insaniam febricitantium* advocavit, verum quid quid de hoc sit, Medicis relinquimus.

illud non videre, tum etsi ex actu deliberato voluntatis non emergat objectum, attamen tum efficitur fixatio ad objectum quasi ex necessitate quadam. Hoc sensu sumta Ecstasis morbosa est, & ad medicinam attinet; in illo sensu naturalis, & voluntaria (*xx*) habetur. Verum hac de re satis.



CAP.

(xx) S. Augustinus narrat de quodam homine, qui, quando volebat, sensibus apparebat destitutus, & quasi mortuus jacebat & multoties punctus atque vellicatus nihil sentiebat; quod mirum est, ignis organo illius applicatus nullum excitabat sensum, nisi quando in se reversus ab Ecstasi erat immunis (*V. de Civ. Dei lib.* 4. *Cap.* 24). Cui nota non est Torquati historia? Adnotetur, quod *Leibnitius* pertentabat artem invenire, qua cruciatus ope abstractionis insensibiles fiant. Ante eum *Cardanus* non solum hoc proposuit Problema, verum etiam asseruit, hominem a sensibus ita se abstrahere posse, ut ad ecstasim naturaliter perveniat, & proprio exemplo credidit demonstrare (*V. lib. VIII. de Varietat.*)

CAP. XX.

De modis Voluptatis & Doloris.

§. I.

Voluptas & dolor simplices sunt ideæ.

INter simplicium *idearum* præcipuas, quas a *Sensatione* & *Reflexione*, recipimus, *Dolor* & *Voluptas* recensenda sunt. Sicut enim in corpore sensatio est nude in se spectata, vel *dolore* aut *voluntate* comitata: (97) ita cogitatio, aut perceptio mentis ita se simpliciter habet, vel *voluptate* etiam aut *dolore*, delectatione aut angore, quocunque nomine vocetur, comitata (98). Non aliarum ritu *idearum* simplicium describi, nec illorum nomina definiri possunt; eodem modo cognoscuntur, quo simplices *ideæ* sensuum per *Experientiam* tantum. Illas enim per boni vel mali præsentiam definiendo, haud aliter nobis innotescunt, quam efficiendo, ut ea animadvertamus, quæ in nobismet experimur, post boni & mali varias operationes *in* animis nostris, prout alio atque alio modo applicantur aut considerantur a nobis.

§. II.

(97) Fatum Philosophi Syracusani nemo est quid ignoree: pluries egomet ipse expertus sum, in mearum meditationum fervore, iterum atque iterum advocatum vocem nullo modo sensisse: conquestus sum in posterum, cur me non advocavere, & responsum habui pluries hoc fecisse; quapropter credebant, me audivisse, & causa occupationis meæ noluisse respondere.

(98) Censeo, cum experientia convenire. Calamum scriptorium in manu teneo. sentio, me illud tangere, interim nulla voluptas, nullus dolor mihi adest.

§. II.

Bonum, & malum quid?

Res itaque bonæ ſunt vel malæ, tantum, prout voluptatem & dolorem reſpiciunt; illud vocamus *Bonum*, quod *aptum natum eſt, efficere aut augere voluptatem, vel dolorem in nobis minuere*: alioquin quod efficit, ut, *quo caremus, aliud quoddam bonum obtineamus aut obtentum conſervemus, declinemus vero malum*. Contra illud *Malum* appellamus, quod *poteſt excitare vel augere quemvis dolorem, aut voluptatem in nobis imminuere*; aliter: *quod nos malo quovis afficere, aut bono orbare poteſt* (99). Per Voluptatem & Dolorem, intelligo corporis, & animi, prout vulgo diſtinguuntur; etſi revera diverſa tantummodo animi temperamenta ſunt, quæ nonnunquam e perturbatione valetudinis in corpore, nonnunquam ab ægritudine animi oriuntur.

§. III.

---

(99) Nec etiam *ſe ſimpliciter habet*, ſcilicet abſque delectatione vel angore Et revera ſi percipis hanc paginam eſſe characteribus expletam, quo tuus gaudet ſpiritus in hac cogitatione? Nos inferius dicemus in quo voluptas vel dolor conſiſtat, etſi per ſumma capita in meditatione noſtra *de pulchritudine*, & alibi hoc indigitaverimus. Adnotetur, Lockium non ita hoc ſenſiſſe alibi (*Cap. VII. lib.* 1.). Si dixit *quod ad delectationem ſive moleſtiam attinet, harum alterutra ſe immiſcet omnibus propemodum ideis noſtris tum ſenſationis, tum reflexionis &c.* Super quo vide quod adnotavimus (*ib. tom.* 1.)

§. III.

Affectus nostri per bonum & malum moventur.

VOluptas & dolor & quæ illorum causa sunt, Bonum & Malum, cardines sunt, in quibus affectus nostri vertuntur: & si animadverterimus, quomodo ista, variis sub respectibus, in nobis operantur; quas nimirum modificationes aut animarum temperationes, quas sensationes internas (si modo ita eas appellare licet) in nobis producunt, inde *Affectuum* nostrorum ideas nobismet effingere poterimus.

§. IV.

Amor.

HOc modo quis delectationis cogitationem animadvertens, quam præsens aliqua, aut res absens, apta nata est, in illo excitare, *ideam* mancisscitur, quam *Amorem* vocamus. Quando quis enim tempore Autumni, dum comedit uvas, aut Veris tempore, cum nullæ omnino sunt, se uvas *amare* profitetur, haud magis est, quam si diceret, illarum gustum jucundum esse. Quod si valetudo incommoda, aut immutata corporis constitutio saporis illarum jucunditatem extinguat, tunc non amplius dici potest uvas *amare*.

§. V.

Odium.

COntra, doloris cogitatio, quem res aliqua præsens aut absens in nobis producere solet, illud est, quod *Odium* vocamus. Si hujus loci foret ulterius

rius disquirere, quam de nudis affectuum nostrorum ideis, prout e diversis voluptatis & doloris modificationibus pendent, notandum esset, Amorem & Odium illud, quo erga res inanimatas & sensus expertes afficimur, fundari vulgo in voluptate & dolore, quæ recipimus ab usu illarum, & applicatione quovis modo sensibus nostris, etiamsi non sine illarum destructione: amorem vero & odium erga entia, quæ voluptatem aut miseriam sentiunt, sæpe dolorem esse aut delectationem, quæ in ipsa illarum existentia aut felicitate percipimus. Hoc modo cum liberorum cujusvis aut amicorum vita & felicitas pariant ipsi constantem delectationem, dicitur eos perpetuo *amare*. Notare vero sufficit, ideas nostras *Amoris* & *Odii* nihil aliud esse, præter mentis dispositiones, respectu voluptatis & doloris in genere, utcunque in nobis efficiantur.

§. VI.

Desiderium.

MOlestia ista (100), quam quis in semet nasci experitur ex rei cujusdam absentia, cujus præsens fruitio delectationis *ideam* præ se fert, ea est, quam *Desiderium* vocamus, quod majus est aut minus, prout molestia ista magis aut minus est vehemens. Ubi obiter e re fortasse nostra erit animadvertere, maximum, si non unicum, industriæ humanæ stimulum esse molestiam, quam persentimus, aut incommoda, quibuscum conflictamur; quodcunque enim bonum propositum est, si istius absentia nullam præ se injucunditatem nec dolorem fert; si ho-

(100) Hac super re vide (65. tom. 1.) Meditationem nostram de Bono &c.

homo fine eo fatietur & facile fit contentus, haudquaquam iftius defiderio tenetur, nec eo frui laborat: folam *Velleitatem* habet, quæ defiderii gradus eft infimus, & plane nulli defiderio proximus, quando e rei abfentia tantillum moleftiæ perfentit, ut languidis tantum votis quibufdam eam expectet, nullam vero in ea fruendo ftrenuam operam collocet. Opinio etiam impoffibilitatis boni propofiti adipifcendi, defiderium in tantum impedit aut minuit, in quantum animi moleftia aut incommodum particulari confideratione ifta tollitur aut lenitur. Hæc cogitationibus noftris latius vagandi anfam præbent; at ea non funt hujus loci.

§. VII.

Gaudium.

GAudium eft delectatio animi, orta e contemplatione boni præfentis, aut appropinquantis certa poffeffione; atque tunc bonum aliquod poffidemus, cum ita in poteftate noftra fitum eft, ut ea, quandocunque libitum fuerit, uti poffimus. Hoc modo homo fame propemodum necatus, monftrato tantum cibo, atque ante ejus comedendi voluptatem, gaudio perfunditur; atque pater, cui liberorum res fecundæ pariunt delectationem, quamdiu liberi ea utuntur fortuna, illud bonum conftanter poffidet, nec ad fruitionem iftam aliud requiritur, præter rei animadverfionem.

§. VIII.

§. VIII.

Tristitia.

TRistitia est animi anxietas, orta ex contemplatione boni amissi, quod possideri diutius poterat, aut sensu mali præsentis.

§. IX.

Spes.

SPes est ista animi delectatio, quam unusquisque in se oriri persentiscit, ex cogitatione probabilis futuræ fruitionis, e qua voluptas naturaliter nascitur.

§. X.

Timor.

TImor est anxietas animi, orta e contemplatione mali futuri probabiliter venturi.

§. XI.

Desperatio.

DEsperatio est contemplatio rei, qua frui impossibile est, quæ diversimode in mente operatur; nonnunquam enim molestiam & dolorem, nonnunquam socordiam & indolentiam parit.

§. XII.

§. XII.

Ira.

IRa est molestia aut perturbatio animi, propter injuriam acceptam, cum præsenti proposito ultionis.

§. XIII.

Invidia.

INvidia est anxietas animi, orta e contemplatione boni a nobis expetiti, possessi vero ab alio, quem, nobismet anteponi debuisse, minus dignum putamus (101).

§. XIV.

Quinam affectus omnibus insint.

POsteriores hi duo affectus *Invidia* & *Ira* cum non a dolore & voluptate simpliciter in se oriantur, verum cum in se habeant mixtos quosdam nostri & aliorum respectus, non in omnibus reperiri queunt, quoniam partes istæ, merita æstimandi sua, & ultionem meditandi, in multis desunt. Reliqui vero omnes affectus, qui in dolore & voluptate pure terminantur, in omnibus, puto, reperiuntur: *amamus* enim, *desideramus*, *gaudemus*, & *speramus* voluptatis respectu tantum, *odimus*, *timemus*, & *ploramus* doloris tantum respectu ultimo: atque hi affectus a rebus excitantur, prout videntur esse volupta-

(101) De hac reliquisque passionibus videatur Appendix sequens. *SOAVE*.

ptatis & doloris causæ, & voluptatem aut dolorem sibi aliquo modo annexam habere. Hoc modo odium nostrum communiter ad subjectum extendimus (saltem si agens sit sensu & voluntate præditum) quod dolorem in nobis excitavit, quoniam timor, quem relinquit, dolor est perpetuus: haud adeo constanter vero amamus illud, a quo beneficium accepimus; quoniam voluptas haud æque fortiter in nos operatur, ac dolor; nec propensi adeo sumus ad sperandum, illud denuo idem facturum, hoc vero obiter.

§. XV.

Voluptas & Dolor, quid?

PEr *Voluptatem* & *Dolorem*, delectationem & anxietatem (*) sive molestiam intelligo, prout superius innui; non solum corporeum dolorem & volupta-

(*) *Uneasiness*. Hoc est vocabulum anglicanum, quo hic utitur Auctor, & quod ego in *inquietitudinem* verto, quod idem minime præcise exprimit, sed nos, ut censeo, aliud vocabulum, quod huic magis appropinquetur, in gallicano idiomate non habemus. Per vocabulum *Uneasiness*, intelligit Auctor *statum hominis, qui non est sui compos, deficit illius animæ compositio & tranquillitas, quam ob rem animus est pure passivus* (**). Taliter ut si cupimus cogitationem auctoris ingredi, oportet necessario vocabulo inquietitudinis hanc adhærere ideam, hac ego ratione curavi illud ita scribere, quoties sensu a nobis enodato debet concipi. Hæc admonitio permagni refert pro sequenti capite; in quo Auctor multa ratiocinatur de hac *inquietitudine*. Si enim vocabulum hoc non adhæret ideæ, quam ego explanavi, impossibile erit, res in hoc capite peractas, quæ permagne sunt ante cæteras, præcise ac enodate concipere. *COSTE*.

(**) Quid intelligit hic per passionem? Fortasse transitus affectionis in animum? Cur non dicitur potius, animum percipere imminentia mala, ex illorum memoria & passionem partis imaginare ac propemodum sentire?

tem, verum quicquid delectationis & molestiæ percipitur a nobis, sive ingrata Sensatione aut Reflexione oriatur.

§. XVI. Ulterius considerandum est, quod ad affectus attinet, doloris remotionem aut imminutionem considerari, & operari tanquam voluptatem, & jacturam sive diminutionem voluptatis tanquam dolorem.

§. XVII.

Pudor.

PLerique etiam omnes affectus in plerisque in corpus operantur, & causæ sunt variarum mutationum in eo: quæ quoniam non semper sensibiles sunt, haud partem necessariam efficiunt *ideæ* uniuscujusque affectus. *Pudorem* enim, qui est perturbatio animi, orta e contemplatione facti haud decori, aut quod existimationem nostram, quam magni facimus, læsurum est, haud erubescentia semper comitatur (102).

§. XVIII.

Exempla hæc ponuntur ad demonstrandum, quomodo ideæ a sensatione & reflexione oriantur.

NOlim perinde intelligi, quasi justum hic tractatum de affectibus contexam; *iis longe plures sunt*, quam *quos* hic recensui: atque ii, de quibus feci mentionem, singuli longiorem & accuratiorem multo disquisitionem postularent. Hos tantum hic me-

(102) Qui vellet minutam descriptionem signorum externorum quamlibet passionem comitantium videat *Caratteri delle passioni di La-Chambre*. SOAVE.

memoravi, tanquam tot exempla *modorum Voluptatis* & *Doloris*, quæ fluunt in animis noſtris, e variis contemplationibus *Boni* & *Mali*. Potui, fortaſſe, alia ſupponere exempla aliorum modorum voluptatis & doloris hiſce ſimpliciora; cujuſmodi eſt famis & ſitis dolor, &, quæ ad hunc removendum adhibentur, edendi & bibendi voluptas; dolor lippitudinis, & muſices voluptas; dolor, qui ex captioſis & jejunis verborum concertationibus, & voluptas, quæ e jucundiſſima cordati amici conſuetudine, & ſtudiis, in veritate indaganda feliciter collocatis, naſcitur. Cum vero affectuum nobis longe uberior ſit uſus, ſatius mihi viſum eſt, paucos illorum exempli cauſa nominare, & oſtendere, quomodo *ideæ* illorum, quæ nobis inſunt, a Senſatione & Reflexione deſumantur.





APPENDIX

CAP. XX.

ANALYSIS AFFECTUUM A FRANCISCO SOAVE *CONSCRIPTA.*

Etsi hæc Analysis pro alio conficiendo opere esset constituta, veruntamen haud inutile censeo, eam hic ponere. Si a longe rem sumam, hoc fortasse fiet, pro clara præcisaque notione, quam ego de affectibus dare cupio.

Homo organizatione valde sensibili constitutus ac objectorum actioni expositus, facile, cum continuo ab eis circumvolvatur, perturbari, ac destrui posset, si deficeret sane, inter tot deversasque impressiones id quo res utiles a nocivis internoscerentur. Hoc quid a natura tributum, *sensibilitas* est. Si una impressio, vel lacerando, vel destruendo, vel delaxando fibras, eorum contextum ac harmoniam ejus deturbat, vel decomponere tendat, sensibilitas, doloris ope, id solicite enunciat; contra si altera regulari, ordinatoque motu non efficiat, quam placide eas exercere, vigorem naturaliter habitum tueri, & eis quavis causa amissum restituere, cum sensatione contraria, quæ *voluptas* est, illum pariter sensibilitas admonet.

Interna voluptatis dolorisque sensatio, nihil vel parum prodesset, si nullum haberet modum, quo internoscerentur objecta, e quibus dolorificæ, voluptuosæque impressiones emergunt. Utiles ad summum a nocivis distingueret impressiones, sed nunquam posset homo illas sibi comparare vel istas aufugere. Itaque præter facultatem intrinsecus sentendi externarum impressionum effectus, adhuc ei datam fuisse, videmus, alteram facultatem internoscendi objecta, e quibus impressiones ipsæ oriuntur.

Tenuis esset quoque utilitas hæc, si ideam, remoto objecto, nullam de eo, ejusve effectibus servaret, ut sciret enim quo tendere, vel e quo reclinare debeat, oporteret primum semper impressiones sentire, quæ cum possent esse ejusmodi, ut nullum temporis adminiculum relinquerent, non daretur ei, quo de se queat decernere. Quod hac in parte perficit *naturæ* operationem, *Memoria* est. Ope facultatis hujus cum commemoret homo elapsas impressiones, sibi revocando objectorum imagines,

nes, e quibus eædem impressiones fuere productæ, absque eorum præsentia adhuc scit eligere objecta, & notos characteres internoscendo, opportuno tempore ea invenire vel aufugere (*a*).

Objecta, quæ sua actione ad tuendum, vel perficiendum hominem tendunt, ea sunt, quæ *bona* dicuntur, quæ postea ad diminuendum vel destruendum illum (*b*) aspirant, *mala* denominantur. Dicuntur quoque bona & mala impressiones utiles vel nocivæ quas faciunt, & voluptas vel dolor, quem animus percipit (*c*). Immo multoties accidit, quod voluptas, ac dolor a natura homini concessus, sunt ut media, quibus impressiones utilis a nocivis distinguerentur & pro fine teneantur, ideo voluptatis vel doloris ope, rebus cognitis, homo non expeteret res ipsas pro utilitate quam afferunt, verum pro voluptuosa mutatione qua eum afficiunt, ut & aufugeret istas non causa detrimenti quod secum ducunt, verum pro dolore ipso, quem pariunt. Quales errores hæc finis substitutio ei quod est medium possit producere, non est hic discutiendi locus. Nunc sufficit factum examinare, quamplurimis significationibus nomina tam boni quam mali possint applicari.

Bonum itaque appellatur objectum, quod ad nos tuendos, perfectionandosque, est aptum, 2. Actualis hujus objecti impressio. 3. voluptuosa sensatio, quam hoc objectum producit. Ulterius, bonum appellatur objectum, quod delectationem parit, etsi hoc tantum consideretur, non videndo utilitatem, quam possit afferre. Præter quod omnia media, quæ valent ad nanciscenda utilia, vel voluptuosa, ut *divitiæ*, cæterorum *opinio*, *dignitates*, *potentia &c.* sub boni nomine veniunt. Et sicuti delectatio, vel utilitas hæc respiciunt corpus, vel animam, ita alia bona *corporis*, alia bona *animi* dicuntur (*d*). Adhuc, cum nonnulla objecta hanc utilitatem, vel delectationem producendi vim realiter habeant, nonnulla videantur ejusmodi habere vim, sed realiter non habeant, nova eruitur distinctio, quæ est *boni realis*, ac *boni apparentis*. Demum cum nonnulla solidam utilitatem afferant, vel delectationem pariter solidam ac veram, nonnulla

(a) Quomodo recordari potest, eas non repræsentando? Memoria differt ab imaginatione sola conscientia, easdem habuisse impressiones, quod hoc casu ab anima omittitur profecto, ergo mens quit imaginari *notiones*, quod eruitur contra ipsum *Soave*, (*V. Analys. Hum. Intell.* §. 39. p. 239.)

(b) *V.* 65. *tom.* 1. *Med. de bono &c.*

(c) *V.* 125. *tom.* 1.

(d) *V.* 65. *tom.* 1.

cum brevi utilitate, ac delectatione damna pœnasque maiores parent, nova emergit distinctio, quæ *boni veri*, vel *boni falsi* est (e). Malorum distinctiones non sunt præter oppositum el directum, quod de bonis diximus.

Quidquid sub boni vultu respicitur, quamdam naturalem inclinationem erga illud in nobis producit: Hæc est quæ *amor* appellatur. Quidquid contra sub *mali* vultu consideratur, *odium* solet vocari. Amor, ac odium primi hominis affectus sunt, passiones generales sunt, & quæ ut passionum cardines queunt haberi. Itaque horum amborum affectuum originem ac naturam internoscere, permagni refert, & ut hoc efficiatur, hominem in tribus diversis statibus a nobis supra indicatis perpendere convenit.

Si nihil aliud homo haberet præter intrinsecam sensibilitatem, amor non reduceretur quam ad simplicem delectationem cum gratas sensationes actu experiretur; & odium non aliud esset, quam molestia afflictivarum sensationum, quas deberet pati (*). Sed cum gauderet vi, qua internoscat objecta, e quibus molestæ vel voluptuosæ impressiones ad se veniunt, ille magis suum enodare percipit amorem, vel odium. Delectationi gratarum sensationum additur delectatio in objecta, e quo oriuntur, vel interna satisfactio in ea contemplando, & interna voluptas in illorum præsentia. Afflictivarum sensationum abominationi conjungitur abominatio objectorum, e quibus veniunt, vel nausea, ægritudo, pœna quædam, necessario eis præesse. Verum si non haberet memoriam, affectus hi permagne circumscripti essent, reducerentur enim ad sensationes tantum, propter objecta præsentia, quibus remotis, odium, ac amor evanescerent. Memoria igitur ea est, quæ objectorum utilium gratorumque imaginem repræsentans, adhuc illis remotis & revocans notionem gratarum impressionum ab ipsis provenientibus, producit in eo inclinationem illam, quæ amorem constituit, nimirum delectationem illam in contemplanda ejusmodi objectorum imagine, illam continuam gravitationem erga ea (si mihi licet, a Physica ad metaphysicam expressionem hanc traducere) illam anxietatem in inquirendis, illam lætitiam in reperiendis eis. Memoria est, quæ objectorum nocentium ingratorum imaginem ei repræsentando, & revocando earum molestiarum impressionum notionem, adhuc illis absen-

(e) Legitime confundi potest cum boni veri ac apparentis distinctione.

(*) *Delectatio*, & *molestia*, qua Simulacrum *Boneti* deficit, est non absque Analysis perturbatione, ut sapienter Abb. *Draghetti* adnotavit (*V. Psych Specimen P.* II. *n.* 21. 23.) SOAVE.

absentibus, aversionem generat, in qua odium præcise consistit; nimirum molestia percepta quando adest illi imago, perpetua abominatio eorum, illa sollicitudo continua ea amovendi, vel ab eis aufugiendi, pœna, vel indignatio denuo in ea recurrendi.

Si Philosophi has duas passiones diligentius consideravissent, qui inclinationem ad bonum & felicitatem, a malo miseriaque aversionem in homine respexere, ut affectus innatos, ut duas inclinationes in eo a natura positas, ut duas distinctas species, ad ejusmodi vagas expressiones, sensu orbatas non adhæsissent fortasse (*f*). Ecquid aliud est dicere, ad bonum felicitatemque inclinatio est homini congenita, est illi a natura donata, est denique *instinctus*, quam multis nihil dicere, vel dicere, hæc inclinatio est affectus; e quo veniat, ignoratur? Itaque nihil reperitur in homine quod sit congenitum, si hic terminus possit adhiberi, præter sentiendi, internoscendi, commemorandique facultatem. Naturalis inclinatio ad bonum, felicitatemque, e malo miseriaque naturalis reclinatio, non sunt quam affectus, qui ab his facultatibus adhuc directe procedunt.

Amoris, odiique enodata origine, illa perinde ceterorum affectuum est adhuc evoluta: non sunt enim quam totidem modificationes ab his primis duabusque modificationibus diversæ.

Initium facimus ab eis, qui ex amore pendent; cum hic pro objecto bonum habeat, suæ modificationes diversæ sunt, juxta quod bonum hoc est elapsum, præsens, vel futurum, ceu ex una alterave specie extet. Inclinatio ad bonum, quo actu gaudet, *voluptas*, *letitia*, *hilaritas*, *tripudium*, evadit juxta majorem minoremve impressionem, quam nobis hic fecit. Amor elapsi boni *delectationem*, vel *dolorem*, juxta quod nobis adest, abestve, producit. Amor boni futuri desiderium parit, quod *spem* vel *diffidentiam* comitatur, juxta consecutionis probabilitatem improbabilitatemque invenit. Si amor ad voluptatem tendit, *concupiscentia* appellatur: si ad divitias *avaritia*: si ad honores, *ambitio*, si ad nova discenda, *curiositas*: si ad virtutem, proprio nomine deficit, & dicitur amor *virtutis*, *justitiæ*, *honestatis &c.* Amor, quem erga nos ipsos habemus, amor *nostrum ipsorum*, vel *amor proprius* nuncupatur, qui, cum abundantem existimationem comitatur, quam de se habet homo, in *superbiam* degenerat; si cunjungitur cum aviditate permagna ab aliis se reputari, convertitur in *vanitatem*. Amor quem homo pro suis similibus debet habere, *benevolentia* est: qui certas determi-

T 4 natas

(*f*) Hac de re (*V.* (*) (53.) *tom.* 1.

natas personas respicit, vel *amoris* nomen retinet, vel illud *amicitiæ* sumit; cupiditas ceterorum emolumenti, & diligentia illud comparandi, *cura*, vel *favor* appellatur; lætitia pro faustis successionibus cæterorum, *congratulatio*; sensa animi pro eis qui nos benefecerunt, *recognoscentia*, vel *gratitudo*: pro eis qui merentur, *existimatio*, *reverentia*, *veneratio*, *admiratio* denominantur. Sensa animi, quæ demum pro Supremo nostro Auctore debemus retinere, omnes simul existimationis, reverentiæ, venerationis, admirationis, gratitudinis &c. affectus continent, & omnes sub *caritatis* nomine a Religione indicantur.

Affectus ab odio orti, sunt adhuc diversi, juxta malorum diversitatem, quæ eosdem generant, & juxta quod hæc sunt elapsa, præsentia, vel futura; conscientia mali præsentis, *afflictio*, *contristatio*, *angor*, *desolatio*, *consternatio* &c. est habita ratione ad majorem minoremve sensibilitatem: mali elapsi est *lamentatio* (*), mali futuri *timor*, qui si ut permagnum malum inevitabileque repræsentatur, *depressio* evadit ac desperatio; contra si ut parvum repræsentatur, ac nostris viribus superabile convertitur in *incuriam*, *conteptum*, *confidentiam*, *virtutem*, *animi præsentiam*. Si malum in voluptuosarum sensationum defectu consistit, vel magis generatim in defectu gravium sensationum, status animæ est *tedium*: si in defectu, vel honoris amissione est *animi dejectio* seu *verecundia*; si in honestatis defectu, est *stimulus*, *pœnitentia*. Malum in aliis observatum, nobis *commiserationis* vel *compassionis* affectum producit, qui si oritur ex levi cujusdam errore, *misericordia* denominatur. Malum nobis ab aliis patratum excitat *ultionem*, *iracundiam*, *iram*, qui affectus si diu perdurent, evadunt in quod apte dicitur *odium*. Si odium parit pœnam in observando aliis bonum nobis deficiens, *invidia* dicitur: si aliis malum desiderare insinuet, *livor*, *malignitas*, *malevolentia* appellatur; si postea non est quam displicentia immeritum hominem præmiatum videre, vel faustum eventum ex rea actione observare, *indignatio* denominatur.

Hic

(*) Ego appello lamentationem tam illam, quæ a memoria amissi boni emergit, quam eam, quæ a memoria mali celeri provenit, in ambabus enim non est quam *amaritudinis* renovatio. Primo sensu hæc vox vocabulo gallicano *regret* respondet, & libenter ei substituo, nam ab antiqua voce *Lamentari*, & per se exprimendo renovationem doloris, quem experimur memoria omissi boni, mihi videtur, etymologicam significationem habere, quam forsan ipsum *regret* non habet. (**) *SOAVE*.

(**) Pro lamentatione *rammarico*, ait *Soave*, & pro *lamentari amaricare* inquit. Ego modo dicto transtuli.

Hic non efficio, quam genealogíam affectuum, dicam ita, contexere, ideo in eis rapide percurro: Longum tractatum requirerent particulares proprietates cujuscunque, & quem ego fortasse dabo. Est interim observandum, quod passiones nec semper, nec omnes ad suum objectum eadem vi tendunt. Hæc est major, minorve, habita ratione ad repræsentationem majoris minorisve gravitatis boni vel mali. Quando homo nihil mali vel boni, quod suam trahat attentionem, videt, suus status *indifferentia* dicitur, quæ est commotionis defectus, vel saltem sensibilis commotionis. Si sub boni forma objectum sed parvi ei repræsentatur, ac interna commotio emergere incipit in eo, verum parva, & debilis est, & potius quam *affectus sensatio* dicitur, si bonum sit præsens, *tendentia*, *inclinatio*, si futurum *propensio*. Affectus formatur, quando ei objectum repræsentatur sub aspectu magni boni. Animus tum ad illud se ducit impulsu, ac magna vivacitate: diligentia & assiduitate ad illud suas dirigit vires, si postea, ut ingens bonum consideretur, bonum nostræ felicitati necessarium, bonum sine quo vita pondus est, tum affectus omnem vehementiam exercet, tum homo aliud non respicit objectum præter illud, omnes sensus formam affectus prædominantis sumunt; hic ad objectum se fert non gradatim, sed pervolando, & inquietitudo universalis eum agitat, ac detinet usque dum non illud obtinet. Affectus ad hoc perventus aliud acquirit nomen, & appellatur, *transportatio*, *æstrus*, qui in *furorem*, ac *maniam* degenerat, si in excessum pervenit, & in nimiam falsæ virtutis curam si ad falsum bonum dirigitur (g). Adhuc Magnates quasi æquales sunt in odio, quod incipiens a *molestia*, *aversione* progreditur ad *abhorritionem*, & definit in horrorem, juxta quod menti objectum repræsentatur tanquam malum parvum, magnum, vel valde grave.

(g) Nomina ut diximus, oriuntur vel quatenus anima sumens quiddam objecti signum tanquam gravissimum, & in id tota vi se dirigit, vel quatenus signum a quovis alio objecto motum acumini mentis semper sit præsens. Utroque modo ex transportatione, vel quod italico vocabulo *Fanatismo* dicitur, potest amentia, furorque evenire. Anima sumens objectum magis grave, quam homines simul ordinario existimant, illud cernit, & cupit omnia omittere prærer ea quæ pro ipso objecto sunt, hinc est, quod suam vim, quanta sit, in illud dirigit, at fila nervea, in quibus extat signum ex vi animæ commota, acquirunt talem modificationem, tentionemve, ut signum ipsum sit semper animæ præsens, & eam magno vigore exerceat, per consequens a sensu communi recedens abberrat homo, ac delirat.

In his repræsentationibus, imaginatio, ut plurimum maximam partem tenet. Cum assueverit omnia transverse per microscopia, vel per vitra multiplicantia videre, bona, vel mala supra modum multiplicat, augetque (h). Hinc est quod ab imaginationis regimine regimen affectuum pendet; declamationes, quæ a tot hominibus factæ fuere contra ipsas passiones supervacaneæ, ac prorsus cerebrosæ sunt, & magis cerebrosi illi erant qui ab humano corde expellere volebant omnino. Hominibus velle affectus auferre, idem esse ac tollere eis facultatem sentiendi, internoscendi, commemorandi, e qua procedunt, esset interim pro homine, truncum, vel lapidem formare (i). Imaginationis irregularitates solæ sunt quæ debent ei tolli, vel imaginatio sola est, quæ regere atque gubernare debet, ut animo repræsentet quod revera bonum est, ut bonum, & gradum in quo idem est non alteret (k). Hoc habito, affectibus omnimodam vim debet relinqui, tum illæ præter majores utilitates non producunt; ut nautæ venti, inquit *Fontanelle*, sunt, qui regulariter ac secundi spirantes faciunt eo promptius, ac feliciter conficere iter, quo magis flant, & vigore agunt.

Immo non utiles solum, verum prorsus necessaria hæc passionum vis est homini existimanda. Inertia, quæ tanta vi gaudet in mundo physico, non est minor in morali. Ut motui corpus, homo labori resistit. Impulsus est illi necessarius, affectus huic necesse est, ut ab inactione, qua invenitur ille, tollatur. Mali præsentia, quæ incommodam ei existentiam reddat; Boni intuitus, cujus amissionem præter inquietitudinem nequeat sustinere; Quapropter hujus mali odium, quod labori resistentiam superet; amor boni hujus, qui inertiæ propensionem vincat, requiruntur necesse, eum ad opus impellendum. Hoc ablato perpetua inactione viveret.

FINIS TOMI SECUNDI.

ER-

(h) Hic *Soave* verbis insignificantibus utitur, vel nihil magis ait, quam quod nullum lumen suppeditat; quid est transverse per microscopia videre? Qualis est actus animæ? Ego credam, posse hic dicere, quod in meditatione asseruimus.

(i) *V. ann* 29. *t.* 1.

(k) *V. Med. de Mem. pag.* 50. *& seq.*, *adn.* 53. *tom.* 1.

ERRATA	CORRIGE
flui p. 22.	fui
objecterunt. ib. an. d.	objecerunt
caſſationibus p. 27.	ceſſationibus
liberanda p. 32.	liberandam
oculos p. 49.	oculus
phataſta p. 55.	phantaſia
BEROULLIUS p. 75.	BERNOULLIUS
oblata p. 233.	ablata
albioris p. 214.	alboris
appellere p. 218.	appellare
amovetur p. 160.	movetur
defectus p. 261.	defectu
gigni majore fibrillarum inertitur. *ivi*	gignitur major fibrillarum inertia
jac p. 267.	jam
comporata *ivi*	comparata
ponatur, requiritur vis $= \frac{1}{100}$ nemo non videt... quod requiruntur temporis iſtantes $= \frac{1}{100}$, nam $100 \times 100 = \frac{1}{1000}$ p. 272.	ponantur, requiritur vis $= \frac{1}{10}$ ... requiruntur temporis inſtantes $= 10$, nam $\frac{1}{100} \times 10 = \frac{1}{10}$

INDEX

RERUM PRÆCIPUARUM

CAP. IX.

De perceptione.

CAP. X.

De Retentione.

Medi-

C A P. XI.

De facultate discernendi, atque aliis operationibus mentis.

C A P. XII.

De Ideis Complexis.

Substan-

C A P. XIII.

De modis ſimplicibus; & primo, de iis, qui Spatium ſpectant.

CAP.

C A P. XIV.

De Duratione & modis ejus simplicibus.

C A P. XV.

De Duratione & Expansione simul spectatis.

Tem-

CAP. XVI.

De Numero.

CAP. XVII.

De Infinitate.

Nec

CAP. XVIII.

De aliis Modis Simplicibus.

C. A P. XIX.

De Modis Cogitandi.

C A P. XX.

De modis Voluptatis & Doloris.

IN-

INDEX

RERUM PRÆCIPUARUM, QUÆ IN MEDITATIONIBUS JOHANNIS LEONARDI MARUGJ EXISTUNT.

Mixti